

M



W

137

3
1
2

1
11



L. 6. 173

M
H.

Zusammenh. Subst. z:

Sunt quae totum
arguunt

Vniuersalis Causa et per se per se
Vniuersalis Causa hinc in se hinc ab
vniuers

N. 155

Script. Rom. in Octavo

N. 155

II 2. 1. 76



Verget:

Tempus edax rerum Ang invidiosa retinet
omnia destruitis; vitiat dentibus em
paucatim luta; consumit omnia morat o

I V N I I I V
V E N A L I S S A T Y

R A E L V C V L E N T I S S I M A E,

iam iterum curiosius à mendis adsertæ:

adnotatiunculis, mirum in modum

utilibus, margini adfixis.

*Vnà cum buiusce dictionis (Satyra) am-
plissima elucidatione: qua studiosè per-
lecta, gradus fit eminentissimus
ad totius argumenti noticiam.*



COLONIAE apud Ioan. Gymnicum

ANNO M. D. XLI.



²
LECTORI SCIENDI
CVPIDO, DE NOMINE S A
TYRA, AC EIVS DERIVATIS.



Non pauca sunt, amice lector, in Latinis codicibus inscriptiones, quae. quādo interrim subobscuriores sunt uel molestiam lecturo pariunt, uel à lectione prorsus auocant. Cuius ego minimè inscius, cupiens autem tua consulere utilitati, tum ipsius Satyræ significationem, tum ciuium ab ea deductiorum propaginem hic studiosè subieci, quò & prima statim fronte, quid sibi uelit totius libri argumentum compendio adsequaris, & nequa fortasse obrepat remora, quae à docto Iuena. carmine te uel tantillum retardare possit. Obscurior nimirum titulus sæpe numero in caussa est, ut pleriq; libri reconditæ scientiæ refertissimi, aut à paucis legantur, aut à multis non admodum peritis negligantur, eo quidem ipso, quòd natura ipsa cupidius ambiamus rerum primordia cognoscere, quàm earum finem, tacite nimirum indicante, nihil omnino exactè atq; adamussim posse deprehendi, nisi prius animaduertatur exordij cognitio. Vt enim in comœdijs, non insequitur protasis catastrophem, sed catastrophe protasim: ita in rebus humanis prius caput inspicitur, deinde calx contrectatur. Et consultius mea quidem sententia fieret, si isti nube coniecti tituli, aut in cuiusq; libri facie clarius elucidarentur, aut clarioribus suppositis, ij omnino summouerentur. Nam quum ipsa charitas omnibus prodesse conetur, non est profectò committendum, ut nostra legentibus scrupum dedita opera iniiciamus: nisi frtasse nolimus à quoquàm intelligi, ut Græculi nescio qui factitant, qui uix scientes

uuant



EPISTOLA. 9

unam atq; alteram dictionem Latine sonare: tamen suas epistolas, sed indoctas, Græcis aspergunt uocabulis, nimirum ut nonnihil Græce scire uideantur, non ut ei cui scribunt, aliquid commoditatis pariant. Accipe igitur, quid de nomine Satyræ autores classici senserint, atq; in primis grammatici.

SATYRA.

Satyræ, quasi satūra dici uidetur, ob carminis uarietatem, seu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. est enim Satyræ carmen maledicum, & ad carpēda uitia compositum quale scripsit hic noster Iuena. Per-Hora. Luci. Accepit & id carminis hunc titulū, quod personis factisq; satiatum abundare uideatur. Alij à lege Satyræ dictam existimāt, quæ uno rogatu, multa simul comprobat: de qua lege Salust. in Iugur. deinde quasi per Satyræ sententijs exquisitis, in deditio-nem accipitur. Sunt qui à Satyrīs deriuent, quod in hoc genere carminis, res ridiculæ pudendæq; scribuntur, quemadmodum à Satyrīs proferrī solent. unde Dona. in Terentiū ita inquit: Deinde aliud genus fabule, id est Satyræ, sumpsit exordium, quæ à satyrīs, quos illosos semper ac petulantes esse legimus, uocitata est. Potest etiam dici Satyræ ideo uocatam, quod in antiqua Satyræ introducebantur Satyrorum persone, aut siquæ erant ridiculæ, Satyrīs similes. Duo quippe Satyrarum genera fuisse constat: Alterum antiquius, quod sola carminum uarietate constabat: Alterū recentius, apertam hominum reprehensionem continens. Hinc Satyricos poetas adpellamus, qui Satyræ scribunt, & Satyrice aduerbiū id est acriter, & cum cōuitio. Ab hoc & Satyrus deducitur. Satyri autem dicti sunt, quod in libidinem semper proni sint, à uirili mēbro (honus sit auribus) quod ueteres Græci σάτυρα adpellabant. Hi sunt, ut Plinius lib. 5. ait, animalia quadrupedia, in subsolanis Indorū mōtib; perniciosissima humana effigie, recte currēria. Veteres huiusmodi mōstra, pro syluestribus Dijs coluerūt Vnde Hier. Vidit

A 2 homun-

homunculum inquit, ad uncis naribus, & fronte cornibus aspera, cui extrema corporis in caprarum pedes definebant. Et præmissis signo crucis, quum quisnam esset, interrogasset Antonius, respondisse fertur: Mortalis ego sum, unus ex accolis eremi, quos uano errore delusa gentilitas, Faunos, Satyros, & Incubos appellat. Satyrorum autem insulæ, ait Ptolemæus li. 7. sunt tres contra Indiam: quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyris pingi solent.

Et hæc de nomine Satyræ: ad cuius canonem utinam doctorum classis suas lucubrationes emitrat. Si

enim ita fiat, dici nō potest, quā gratè,

quā malacriter, quā deniq; iucū

dè eas adolescētuli suscipiēt.

Id enim demū placet

iuuētuti, ꝑ intelli

git: quod uero

minus capit, statim cum fastidio reñcit.

IUVENALIS VITA^s



Vnius Iuuenalis, ut Suidas testatur, uixit tempore Domitiani Imperatoris, oriundus ex Aquino Volscorum oppido, quemadmodum ipse uideatur innuere Satyra quinta, circa finem, cum ait:

Ergo uale nostri memor, & quoties te

Rhoma tuo refici properantem reddet Aquino.

Quanquam non desunt, qui Suidae fidem eleuare conentur, hac certe in parte: ea coniectura ducti, quod liberius scripserit in ipsum quoque Imperatorem, quam ut ferre potuerit, si uixisset. Sub traiano igitur Satyras scripsisse uolunt: neque uerisimile esse, quod ille ait a Paride histrione actum fuisse in exilium, in Pentapolim quae est in Libya, cum Domitiano mortuo nihil potuerit Paris. Vt cumque est, certe Sidonius Apollinaris id uidetur significare, cum ait, si tamen illum intelligit:

Nec qui consimili deinde casu

Ad uulgi tenuem strepentis auram

Irati fuit histrionis exul.

De eius morte parum constat, nisi quod in exilio uitam finisse arbitrantur.

A 3 ARo

6
ARGUMENTA SATY
RARVM PER ANTONIVM

Mancinellum.



*Rima docet Satyræ causas formamq;
libelli.*

*Qui stimulant Curios Satyra patuet
re secunda.*

Ex Vrbe Vmbritij digressum tertia narrat.

Quarta quidem Crispinum odit, caluumq; Nerone.

Ganeo quæ tolerat parasitus, quinta notauit.

Sexta heic infidas mulieres pandit abunde

Septima demonstrat Romam nil ferre poëtis.

Nobilis octaua propria uirtute uocatur.

Turpia qui tolerant nona carpuntur auari.

Curæ hominum decima, rerumq; libido notantur.

Arguit undecima uates conuiuia lauta.

Biffena arguitur satyra captator auarus.

Tertia post decimam solatur damna dolentes.

In decimaquarta dant praua exempla parentes.

Numinaq; Aegypti diuersa penultima monstrat.

Ultima militiae felicitis præmia narrat

7

IVNII IVVENALIS
AQUINATIS SATYRA
PRIMA.

ARGUMENTVM.

Queritur ocium suum sibi perire, dum ignauus ad fastidium poëtas recitantes cogitur audire, cum tamē ipse aliquid possit scribere.



Emper ego auditor tantum?
nunquam ne reponam,
Vexatus toties rauci Thèsei
de Codri?
Impunè ergo mihi recitauerit
ille togatas?

Hic elegos? impune diem consumpserit ingens
Telephus? aut summi plena iam margine libri,
Scriptus & intergo, nec dum finitus, Orestes?
Nota magis nulli domus est sua, quàm mihi lucus
Martis, & Aeolijs uicinum rupibus antrum
Vulcani. Quid agant uenti: quas torqueat umbras
Aeacus: unde alius furtiuè deuehat aurum
Pellicule: quantas iaculetur Monycus Ornos,
Frontonis platani, conuulsaq; marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem à summo, minimoq; poëta.

Et nos ergò manum ferulæ subduximus: & nos
Consiliū dedimus Syllæ, priuatus ut altum

*subduximus ma-
nim ferulæ.*

A 4 Dormi

Dormiret, stulta est clementia, cum tot ubiq;
Vatibus occuras, periturae parcere chartae.

† Quod potissimum satyram scribat, temporis sui mores esse in causa.

† Auruncæ alum. Lucilius satyricus. Cinamus extonsore, & Crispinus è seruo facti erant egres.

Mag. dela. M. regulus imperatoris amicus, delatoribus etiã alijs erat formidabilis.

† Cur tamen hoc libeat potius decurrere cãpo,
Per quẽ magnus equos † Auruncæ flexit alumnus:
Si uacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener uxorem ducat spado: Meuia Thuscum
Figat aprum, & nuda teneat uenabula mamma:
Patricios omneis opibus cum prouocet unus,
Quo tundente grauis iuueni mihi barba sonabat:
Cum pars Niliacæ plebis, cum uerna Canopi
Crispinus, Tyrias humero reuocant lacernas,
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ:
Difficile est satyram non scribere. nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se?
Causidici noua cum ueniat lectica Mathonis
Plena ipso, & post hunc magni delator amici,
Et citò rapturus de nobilitate comesa
Quod superest, quẽ massa timet, quẽ munere palpat
Carus: & à trepido Thymele summissa Latino:
Cum te summoueant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cœlum quos euehit optima summi
Nunc uia processus, uetula uesica beatæ.
Vnciolam Proculeus habet, sed Gillo deuncem:
Parteis quisq; suas ad mensuram inguinis hæres
Accipiat sanè mercedem sanguinis: & sic

Palleat

Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Quid referā, quanta siccum iecur ardeat ira?

Cum populum gregibus comitum premat hic spolia

Pupilli prostantis? at hic damnatus inani

Iudicio (quid enim saluis infamia nummis)

† Exul ab octava Marius bibit, & fruitur dijs

Iratis: at tu uictrix prouincia ploras.

Hæc ego non credam Venusina lingua lucerna?

Hæc ego non agitem? sed quid magis Hercleas,

Aut diomedæas, aut mugitum Labyrinthi?

Et mare percussum puero, fabrumq; uolantem?

Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi

Ius nullum uxori: doctus spectare lacunar,

Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso:

Cum fas esse putet curam sperare cohortis,

Qui bona donauit præsepibus, & caret omni

Maiorum censu, dum peruolat axe citato

Flaminiam: puer Authomedon nam lora tenebat

Ipsæ lacernatæ cum se iactaret amicæ.

Non ne libet medio æras implere capaces

Quadriuios? cum iam sexta ceruice feratur

Hinc atq; inde patens, ac nuda penè cathedra,

Et multum referens de Meccenate supino:

Signator falsò qui se lautum, atque beatum

Exiguas tabulis, & gemma fecerat uda.

† Ab oct. Nō solum secutus est, sed ante tempus cibo destinatum, genio indulget, qd erat hora nona.

Leno maritus, qui uxorem prostituit, quæ cum non possit adulteri sui ius hæreditatis capere, accipiat ipse.

Ipsæ, Nero.

Sex. cer. Hexaphoro ferat Regulus ille, omnium bipedum, ut Plini. ait, nequissimus.

A S Occur

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum

Porrectura uiro miscet suiente Rubetam,

Instituitq; rudes melior Lucusta propinquas

Per famam, & populum nigros efferre maritos.

Aude aliquid breuibus gyaris, & carcere dignum, *Indica*

Si uis esse aliquis. probitas laudatur & alget. *dis:*

Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,

Argentum uetus, et stantem extra pocula caprum,

Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?

Quem sponsæ turpes? & prætextatus adulter?

Si natura negat, facit indignatio uersum

Qualemcunq; potest, quales ego, uel Cluuiennus.

Argumentū Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor

fatyræ no- Nauigio montem ascendit, sortesq; poposcit,

stræ, sunt ui Paulatimq; anima caluerunt mollia saxa,

tiorum ge- Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas, *Argumento*

nera, quæ ab Quicquid agunt homines, uotum, timor, ira, uoluptas, *satira*

orbe cond- Gaudia, discursus, nostri farrago libelli est.

to, cœperunt Et quando uberior uitiorum copia? quando

ad hæc tem- Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando

pora magis Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur

ac magis in Ad casum tabulæ, posita seâ luditur arca.

ualescere. Prælia quanta illic dispensatore uidebis

Armigero? simplex ne furor sestertia centum

Perdere? et horrenti tunicam non reddere seruo?

Quis totidem erexit uillas? quis fercula septem

Secre

S A T Y R A I. II

Secretò cœnauit auus? nunc sportula primo
 Limine parua sedet, turbæ rapienda togatæ.
 Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidat, ne
 Suppositus uenias, ac falso nomine poscas.
 Agnitus accipies: iubet à præcone uocari
 Ipsos Troiugenas: nam uexant limen & ipsi
 Nobiscum. da prætori: da dcinde tribuno.
 Sed libertinus prior est: prior, inquit, ego sum.
 Cur timeam, dubitem' ue locum defendere? quàmuis
 Natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestræ
 Arguerint, licet ipse negem. sed quinque tabernæ
 Quadringenta parât. quid confert purpura maius
 Optandum. si Laurenti custodit in agro
 Conductas Coruinus oues? ego possideo plus
 Pallante, & Licinis: expectent ergò tribuni.
 Vincant diuitiæ: sacro nec cedat honori
 Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.
 Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum
 Maiestas: & si fœnesta pecunia templo
 Nōdum habitas, nullas nummorum ereximus aras.
 Ut colitur pax, atque fides, uictoria, uirtus,
 Quæque salutato crepitat concordia nido?
 Sed cùm summus honor finito computet anno,
 Sportula quid referat, quantum rationibus addat
 Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus
 Et panis, fumusque domi? densissima centū (hinc est,
 Quadras

Sportula,
 quæ olim in
 usum paupe-
 rum clientium
 reperta erat
 iam dispen-
 satur in dis-
 tissimos
 quosque.

Pallas, Clau-
 dii libertus
 ditissimus,
 prætoris or-
 namētis do-
 natus per
 Claudium.

Si diuites
 sportulā cap-
 tēt, qd nō fa-
 ciēt cliētesque
 bus hinc sup-
 pedita res,
 domesticae

Quadrantes lectica petit, sequiturq; maritum
 Languida, uel prægnaans, & circumducitur uxor.
 Hic petit absenti, nota iam callidus arte,
 Ostendens uacuam, & clausam pro coniuge sellam.
 Galla mea est, inquit: citius dimitte: moraris.
 Profer, Galla, caput: noli uexare, quiescit.

Triumphales, statuae
 erant in foro
 Augusti,
 quas ipse de
 di cauerat:
 inter quas
 tandem Cris-
 pinus nõ ue-
 ritus fit col-
 locari, hõ li-
 berrinus.

In uoracita-
 tem & gulã
 Rhoma. qui
 exclusis om-
 nibus, uetri
 suo tantum
 indulgebãt.
 & hoc im-
 modicè.

Ipsè dies pulchro distinguitur ordine rerum,
 Sportula, deinde forum, iurisq; peritus Apollo,
 Atq; triumphales: inter quas ausus habere
 Nescio quis titulos Aegyptius, atq; Arabarches,
 Cuius ad effigiem non tantum meicere fas est.
 Vestibulis abeunt ueteres, lassiq; clientes,
 Votaq; deponunt: quanquam longissima coenae
 Spes homini, caules miseris, atq; ignis emendus.
 Optima sylvarum interea, pelagiq; uorabit
 Rex horum, uacuisq; toris tantum ipse iacebit.
 Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
 Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.
 Nullus iam parasitus erit. sed quis feret istas
 Luxuriae sordes? quanta est gula, quae sibi totos
 Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
 Poena tamen praesens, cum tu deponis amictus
 Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas.
 Hinc subita mortes, atq; intestata senectus.
 It noua, nec tristis, per cunctas fabula coenas:
 Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Nil erit

Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
 Posteritas: eadem cupient, facientq; minores.
 Omne in præcipiti uitium stetit. utere uelis:
 Totos pande sinus, Dicās hīc forsitan: Vnde
 Ingenium par materia? unde illa priorum
 Scribendi quodcumq; animo flagrante liberet,
 Simplicitas, cuius non audeo dicere nomen?
 Quid refert, dictis ignoscat Mutius, an non?
 Pone Tigillinum, teda lucebis in illa,
 Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant
 Et latum media sulcum deducit arena.
 Qui dedit ergo tribus patruis aconita, uehatur
 Pensilibus plumis, atq; illinc despiciat nos?
 Cū ueniet contra, digito compeſce labellum,
 Accusator erit, qui † uerbum dixerit, hic est.
 Secarus licet Aeneam, Rutulumq; ferocem
 Committas: nulli grauis est percussus Achilles:
 Aut multum quaesitus Hylas, urnamq; secutus.
 Ense uelut stricto quoties Lucilius ardens
 Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
 Criminibus: tacita sudant præcordia culpa:
 Inde iræ, & lachrymæ. tecum prius ergo uoluta
 Hæc anime ante tubas: galeatum serò duelli
 Pœnitet, experiar quid concedatur in illos,
 Quorum flammia tegitur cinis, atq; Latina.

Hortatur se
 ipsum poeta
 ad scriben-
 dum, cum a-
 bunde suppe-
 tat materia,
 tamen non
 sit securum
 libere loqui,
 ne supplicio
 afficiatur in
 signi.

vide Adag. Reddidi
 Hurporatam.
 † aliās, ue-
 rum.

vide Adag. Mortuū no
 mordent.

Verba moni-
 toris. indicā-
 tis periculū,
 ne Coryceus
 aliquis defe-
 rat, tutius es-
 se historias
 aut fabulas
 scribere,
 quemadmo-
 dum Ver. &
 Hom.

S A T Y R A II.

Argus

In eos, qui impudenter aliorum uitam censebant,
cum ipsi uitis intercutibus maderent,

VLtra Sauromas fugere hinc libet, et glacia
Oceanū, quoties aliqd de moribus audēt (alē

Qui Curios stimulant, & Bacchanalia uiuunt,

Indocti primū: quanquā plena omnia gypso

Chryssippi inuenias: nam perfectissimus horum

Si quis Aristotelem similem uel Pitaeon emit,

Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas:

Fronti nulla fides. quis enim non uicus abundat

Tristibus obscenis? castigas turpia, cum sis

Inter Socraticos notissima fossa cinedos.

Hispida membra quidem, et duræ per brachia setæ

Promittunt atrocem animum: sed podice leui

Ceduntur tumidæ, medico rident, mariscæ.

Marisca fici
genus: & ul-
cus, quod
medici fun-
gum uocāt.
Tolerabili-
or aperte
malus, quā
hypocrita
& seuerus.

Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,

Atq; supercilio breuior coma. uerius ergo,

Et magis ingenuè Peribonius. hunc ego fatis

Imputo, qui uultu morbum, incessuq; fatetur.

Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse

Dat ueniam sed peiores, qui talia uerbis

Herculis inuadunt: & de uirtute loquuti,

Clunem agitant. ego te ceuentem, Sexte, uerebor?

Imfamis Varillus ait. quo deterior te?

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.

Quis

S A T Y R A II. 15

Quis tulcrit Gracchos de seditione querentes?
 Quis coelum terris non misceat, & mare coelo,
 Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
 Clodius accuset moechos? Catilina Cethegum?
 In tabulam Sylle si dicant discipuli tres?
 Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
 Concubitu? qui tunc leges reuocarat amaras
 Omnibus, atq; ipsis Veneri Martiq; timendas,
 Cum tot abortiuis foecundam Iulia uulnam
 Solueret, & patruo similes effunderet offas.
 Nonne igitur iure, ac merito uitia ultima fictos
 Contemnunt Scauros, & castigata remordent?
 Non tulit ex illis toruum Laronia quendam
 Clamantem toties, Vbi nunc lex Iulia? dormis?
 Ad quem subridens: Felicia tempora, quae te
 Moribus opponunt: habeat iam Rhoma pudorem;
 Tertius e coelo cecidit Cato. sed tamen unde *Terre filii,*
 Hec emis, hirsuto spirant opobalsama collo
 Quae tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernae.
 Quod si uexantur leges, ac iura. citari
 Ante omneis debet Scatinia. respice primum
 Et scrutare uiros: faciunt hi plura: sed illos
 Defendit numerus, iunctaeq; umbone phalanges.
 Magna inter molles concordia. non erit ullum
 Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
 Tedia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam:

Culpa care
 at necesse
 est, alieni ui
 tri castiga
 tor.

Qualis. Do
 mitianus Iu
 liam fratris
 filiam, quae
 marito nu
 pserat, cor
 rupt, reuo
 cara lege
 Iulia.

Ironia.

Lex Scati
 nia contra
 eos, qui mu
 liebria parie
 batur: quos
 peculiariter
 infectatur
 poeta hac
 fatyra.

Hispo

Hippo subit iuuenes, & morbo pallet utroq;
 Nunquid nos agimus caussas? ciuilia iura
 Nouimus? aut ullo strepitu fora uestra mouemus?
 Luētantur pauca: comedunt colliphia pauca
 Vos lanam trahitis, calathisq; peracta refertis
 Vellera: uos tenui prægnaem stamine fusum
 Penelope melius, melius torquetis Arachne:
 Horrida quale facit residens in codice pellex.

Virorum
 mollicies.

Hister Pacu
 uius, cui⁹ ali
 bi meminit:
 qui libertū
 heredem re-
 liquit, ob
 turpitudinē
 ab illo sibi
 prætitam.

Maior est
 honestatis
 ratio in adul
 tera, si in
 publicū pro
 cederet, q̄ in
 te, qui eius
 rei censurā
 tibi assumis
 cum sis ipse
 perditissi
 mus.

Notum est, cur solo tabulas impleuerit Hister
 Liberto: dederit uiuus cur multa puella,
 Diues erit, magno quæ dormit tertia lecto.
 Tu nube, utq; tace: donant arcana cylindros.
 De nobis post hæc tristis sententia fertur:
 Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.
 Fugerunt trepidi uera ac manifesta canentem
 Stoicidæ: quid enim falsi Laronia? sed quid
 Non facient alij cum tu multitia sumas
 Cretice? & hanc uestem populo mirante, perores
 In proculas, & pollineas? est mœcha Labulla.
 Damnetur si uis, etiam Carphimia: talem
 Non sumet damnata togam. sed Iulius ardet:
 Aestuo: nudus agas: minus est insania turpis.
 En habitum, quo te leges, ac iura ferentem
 Vulneribus crudis populus modò uictor, & illud
 Montanum positus audiret uulgus aratris.
 Quid? non proclames, in corpore iudicis ista

Si uide

Si uideas? quæro, an deceant multitia testem.

Acer et indomitus libertatisquæ magister
Cretice pellices. dedit hanc contagio labem,

Et dabit in plureis: sicut grex totus in agris

Vnius scabie cadit, & porrigine porci,

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.

Fœdus hoc aliquid quandoq; audebis amictu:

Nemo repente fuit turpissimus. accipient te

Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt

Frontibus, & toto posuere monilia collo,

Atq; Bonam teneræ placant abdomine porcæ,

Et magno cratere deam: sed more sinistro

Exagitata procul non intrat foemina limen.

Solis ara deæ maribus patet: ite profane,

Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.

Talia secreta coluerunt Orgia tædæ,

Cecropiam soliti baptæ lassare Cotitto.

Ille supercilium madida fuligine tactum

Obliqua producit acu, pingitq; trementes

Attollens oculos: uitreo bibit ille priapo,

Reticulumq; coris auratum ingentibus implet,

Cerulea indutus scutulata, aut galbana rafa,

Et per Iunonem, domini iurante ministro

Ille tenet speculum, patici gestamen Othonis,

Actoris Aurunci spoliū: quo se ille uidebat

Armatum, cum iam tolli uexilla iuberet:

*Non in rus qd
vixit qd
sunt conspiciunt
in alios sua la
In sacerdo
tes Mineræ
quos in Al-
bano Domi-
tianus insti-
tuerat.*

*Baptæ. Eup
lidis comæ-
dia, in sacra
quæ Cotittia
dicebant: in
quib; perui-
gilabant nō
sine flagitijs*

*Actor. Hemi-
stichium Virgi-
lianū, ironi-*

B Res

ide

ce speculū,
hominis for-
tissimi spo-
lium uocās.

Res memoranda nouis annalibus, atq; recentī
Historia, speculum ciuilibus sarcina belli.
Nimirum summi ducis est, occidere Galbam:
Et curare cutem, summi constantia ciuis.
Bebriaci in campo spoliū affectare palati,
Et pressum in faciem digitis extendere panem:
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta nec Acciaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus uerbis pudor, aut reuerentia mensæ:
Hic turpis Cybeles, & fracta uoce loquendi
Libertas, & crime senex phanaticus albo
Sacorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusq; magister.
Quid tamen expectant, Phrygio quos tēpus erat
More superuacuum cultris abscindere carnē? (iā
Quadragenta dedit Gracchus sestertia dotem

Recto ære.
Tubicen
erat, inquit,
aut certe cor-
nicen.

Cornicini, siue hic recto cantauerat ære.
Signatæ tabulæ: dictum feliciter ingens:
Cœna sedet: gremio iacuit noua nupta mariti.
O' proceres, censore opus est, an aruspice nobis?
Scilicet horreres, maioraq; monstra putares,
Si mulier uitulum, uel si bos æderet agnum?
Segmenta, & longos habitus, & flammea sumit,

Salij, Mar-
tis sacerdo-
res, soli anci-
le è cœlo de

Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudauit clypeis ancilibus. ô pater urbis,
Vnde nefas tantum latij pastoribus? unde

Hæc tetis

Hæc tetigit Gradiue tuos urtica nepotes?
 Traditur ecce uiro clarus genere, atq; opibus uir:
 Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
 Nec quereris patri. uade ergò, & cede seueri
 Iugeribus campi, quem negligis. officium cras
 Primo sole mihi peragendum in ualle Quirini.
 Quæ caussa officij? quid quæris? nubit amicus,
 Nec multos adhibet: liceat modò uiuere: fient,
 Fient ista palàm, cupient & in acta referri.

lapsum fere
 bant, & per
 tractabant.

Intereà tormentum ingens nubentibus hæret,
 Quòd nequeunt parere, et partu retinere maritos
 Sed melius, quòd nil animis in corpore iuris
 Natura indulget: steriles moriuntur: & illis
 Turgida non potest conditi pixide Lyde
 Nec prodest agili palmas præbere luperco.

Pœna ma-
 trimoniij fœ
 de cõtracti,
 ut nūquam
 pariant nu-
 ptæ.

Vicit et hoc monstrū tunicata fuscina Gracchi,
 Lustrauitq; fuga mediam gladiator arenam:
 Et Capitolinis generosior, & Marcellis,
 Et Catulis, Paulisq; minoribus, & Fabijs, &
 Omnibus ad podium spectantibus, his licet ipsum
 Admoucas, cuius tunc munere retia misit.
 Esse aliquos manes, & subterranea regna,
 Et contum, & stigio ranas in gurgite nigras,
 Atq; unà transire uadum tot millia cymba,
 Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauuantur.
 Sed tu uera puta. Curius quid sentit, & ambo

Fuscina, Iu-
 dus gladia-
 tori, in quo
 Retiarius
 fuscina & re-
 ti utebatur.

Si, inquit,
 crederet esse
 inferos is, cu-
 ius iussu tot
 millia truci-
 dant: non ex-
 hiberet gla-

gladiatores
cum tanta
carnificina:
sed certe cre-
deret, si sape-
ret.

Zalates, ob-
ses Armeni-
us, contagio-
ne morum
corruptus,
turpe obse-
quium tribu-
no præstitit.

Scipiade? quid Fabricius? manesq; Camilli?
Quid cremere legio? & Cannis consumpta iuueno
Tot bellorū animæ? quoties hinc talis ad illos (tus?
Umbra uenit, cuperent lustrari, si qua darentur
Sulfura cum tedis; & si foret humida laurus.
Illuc heū miseri traducimur. arma quid ultra
Littora Iuvernæ promouimus? & modo captas
Orcadas? ac minima contentos nocte Britannos?
Sed quæ nunc populi sunt uictoris in urbe,
Non faciunt illi, quos uicimus: & tamen unus
Armenius Zalates cunctis narratur ephēbis
Mollior ardenti sese indulgisse tribuno.
Aspice, quid faciant commercia. uenerat obses.
Hic sunt homines. nam si mora longior urbem
Indulgit pueris, non unquam dedit amator:
Mittentur braccæ, cultelli, fræna, flagellum:
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

SATYRA III.

ARGUMENTVM.

Ostendit in urbe bonis uiris locum non esse, atq;
ob id se gratulari Vmbritio aruspici quod Cumas mi-
gret, quamuis doleat amicum discedere.

Quamuis digressu ueteris confusus amici,
Laudo tamen uacuis quod sedē figere Cumis
Destinet, atq; unum ciuem donare Sibyllæ.

Hoc est: Epistola
9. p. m. lib. 1.
Nullis in orbe finis Baia p. h. p. am. p. Secessus:

Secessus: ego uel Prochytam præpono Suburnæ,
 Nam quid tam miserum, et tam solū uidimus, ut non
 Deterius credas horrere incendia, lapsus
 Tectorum assiduos, ac mille pericula sæuæ
 Urbis, & Augusto recitantes mense poëtas?

~~Sed cum tota domus rheda componitur una,~~ *Cedro pauperior*

Substitit ad ueteres arcus, madidamq; Capenam,

Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ,

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur

Iudæis, quorum cophinus, foenamq; supellex.

Omnisen populo mercedem pendere iussa est

Arbor, & eiectis mendicat sylua camœnis.

In uallem Aegeriæ descendimus, & speluncas

Dissimiles ueris. quantò præstantius esset

Numen aquæ, uiridi si margine clauderet undas

Herba, nec ingenuum uiolarent marmora tophum?

Hic tūc Vmbritius: Quādo artibus, inquit honestis

Nullus in arte locus, nulla emolumenta laborum:

Res hodiè minor est, heri quàm fuit, atq; eadē eras

Deteret exiguis aliquid: proponimus illuc

Tire, fatigatas ubi † Dedalus exiit alās.

Dum noua canicies, dum prima, & recta senectus:

Dum superest Lachesi quod torqueat, & pedibus

Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo, (me

Cedamus patria. uiuant Arturius istic,

Et catulus: maneant, qui nigrum in candida uertūt:

B 3 Queis

Romano-
rum auari-
tia: qui etiā
à mendicis
Iudæis tribu-
tum exige-
bant, & qui
dem cum in
syluis age-
rent,

† Vbi Dedalus
Cumis, scilicet,
cum
ex Creta e-
uolasset.

Queis facile est ædem conducere, flumina, portus.
Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,

Citharæ
di & tubici
nes eo pro-
uehantur, ut
non solum
Indos gladi-
atorios pos-
sint exhibe-
re sed quem
uis etiam im-
pune truci-
dent.
Quid Rho-
mae agendū
sit, qui in
precio uelit
haberi.

Et præbere caput domina uenale sub hasta.

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæq; per oppida buccæ,

Munera nunc ædunt: & uerso pollice uulgi, ^{Prætere} _{pollin}

Quemlibet occidunt populariter: inde reuersi,

Conducunt foricas. & cur non omnia? cùm sint

Quales ex humili magna ad fastigia rerum

Extollit, quoties uoluit fortuna iocari.

~~Quid Romæ faciam? mentiri nescio: librum,~~

Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus

Astrorum ignoro: funus promittere patris

Nec uolo, nec possum: ranarum uiscera nunquam

Inspexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter,

Quæ mandat, norint alij: me nemo ministro

Fur erit: atq; ideò nulli comes ex eo tanquam

Mancus & extinctæ corpus non utile dextræ.

Quis nunc diligitur, nisi conscius? & cui feruens

Aestuat occultis animus, semperq; tacendis?

Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam

Participem qui te secreti fecit honesti.

Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo uult,

Accusare potest. tanti tibi non sit opaci ^{unde partit h} _{opus}

Omnis arena Tagi, quodq; in mare uoluitur aurū.

Vt somno carcas, ponendaq; præmia sumas

Tristis

*Quid. Diligitur
nemo nisi cui fer-
uens
tina secunda est
& cui mala con-
pula?*

Tristis, & à magno semper timearis amico.

Quæ nunc diuitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipuè fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre Quirites
Græcam urbē: quàmuis quota portio fecis Achææ?
Iam pridem Syrus in Tyberim defluxit Orontes,
Et linguam & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad circum iussas prostare puellas:
Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit rechedipna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis,
Aesquilias, dictumq; petunt à uimine collem,
Viscera magnarum domuum dominiq; futuri.
Ingenium uelox, audacia perdita, sermo
Promptus, & Iſeo torrentior. æde, quid illum
Esse putes? quemuis hominem secum attulit ad nos.
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, schoenobates, medicus, magus: omnia nouit
Græculus esuriens: in cœlū iusseris, ibit. (Thrax,
Ad summam, non Maurus erat, nec Sarmata, nec
Qui sumpsit pœnas, medijs sed natus Athenis.
Horum ego non fugiam conchy'ia? me prior ille
Signabit? fultusq; thoro meliore recumbet,

Periculosa
res magno-
rum secreta
noscere.
Soli assenta-
tores & ne-
bulones
sunt in præ-
cio: cuiusmo-
di sunt Græ-
culi, & Bar-
bati quidā.

Alabandæ.
urbs Cariæ
felicissima,
atq; ob id uo-
luptatibus
deditissima.

Quiduis
pollicentur
illi, etiam se
in cœlū uo-
luros, si op-
pus sit, quē
admodum
Dædalus.

Aduectus Rhomam, quo pruna, et cætona uento?
 Vsq; adeò nihil est, quod nostra infantia cœlum
 Hausit Aucntini bacca nutrita Sabina?

Græcorum
 fœda adula
 tio.

Quid? quòd adulandi gens prudentissima, laudat
 Sermonem indocti, faciem deformis amici.
 Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
 Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.
 Miratur uocem angustam, qua deterius nec
 Ille sonat, quo mordetur gallina marito.

Eorundem
 actio.

Hæc eadem licet & nobis laudare, sed illis
 Creditur an melior cùm Thaida sustinet, aut cùm
 Vxorem comœdus agit, uel Dorida nullo
 Cultam palliolo? mulier nempe ipsa uidetur,
 Non persona loqui: uacua & plana omnia dicas
 Infra uentriculum, & tenui distantia rima.

Antio. Stra
 tocles, & De
 metrius,
 actores co
 mœdiarum
 peritissimi:
 quorum me
 minit **Quin**
tilianus lib.
 undecimo
 circa finem.

Nec tamen Antiochus, nec mirabilis illic
 Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hoemo.
 Natio comœda est. rides? maiore cachinno
 Concutitur: flet, si lachrymas aspexit amici:
 Nec dolet, igniculum brumæ si tempore poscas.
 Accipit endromydem: si dixeris, æstuo: sudat.
 Non sumus ergò pares: melior qui semper, & omni
 Nocte, dicq; potest alienum sumere uultum:
 A facie iactare manus, laudare paratus,
 Si bene ructauit, si rectum minxit amicus:
 Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.

Preterea

Præterea sanctum nihil est, & ab inguine tutum
 Non matrona laris, non filia uirgo, neq; ipse
 Sponsus leuis adhuc, nec filius antè pudicus.
 Horum si nihil est, aulam re supinat amici:
 Scire uolunt secreta domus, atq; inde timeri.
 Et quoniam cœpit Græcorum mentio, transi
 Gymnasia, atq; audi facinus maioris abollæ.
 Stoicus occidit Baram delator amicum,
 Discipulumq; senex, ripa nutritus in illa,
 Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi.
 Non est Rhomano cuiquam locus hîc, ubi regnat
 Protogenes aliquis, uel Diphilus aut Erimantus,
 Qui gentis uitio nunquam partitur amicum
 Solus habet: nam cum facilem stillauit in aurem
 Exiguum de naturæ, patriæq; ueneno,
 Limine sum moueor: perierunt tempora longi
 Seruitij: nusquam minor est iactura clientis.
 Quod porrò officium (ne nobis blandiar) aut quod
 Pauperis hîc meritum? si curet nocte togatus
 Currere, cum prætor lictorem impellat, & ire
 Præcipitem iubeat dudum uigilantibus orbis:
 Ne prior Albinam, aut Modiam collega salutet.
 Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum
 Filius: alter enim quantum in legione tribuni
 Accipiunt, donat Caluinæ, uel Catiænæ,
 Ut semel atq; iterum super illam palpitet, at tu

Eorundem
 Libido.

P. Aegnati-
 us pecunia
 corruptus,
 Soranum Ba-
 ream falso
 testimonio
 oppressit. au-
 tor Tacitus
 in Nerone.

Pauperis ob-
 sequium in-
 utile in diui-
 tes, cum ipse
 magistratus
 officijs præ-
 ueniat & sa-
 lutationi-
 bus, maxi-
 me autē ue-
 tulas, orbas
 & senes.

B S Cum

Cum tibi uestiti facies scorti placet, haeres,
Et dubitas alta Chionem deducere sella.

Hosp. Nafi
ca, q Rheac
Phrygia de
Iaram exce
pit hospi
cio. Vel qui
seru. L. Me
rellus Ponti
fex, ubi ui
flammae ui
sum amisit.
Pauper, si
per omnia
sacra deie
ret, peierare
creditur.

Da testem Rhomae tam sanctum, quam fuit hospes
Numinis Idæi: procedat uel Numa, uel qui
Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:
Protinus ad censum: de moribus ultima fiet
Questio: quot pascit seruos, quot possidet agri
Iugera: quam multa, magnaq; paropside coenat.
Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei: iures licet et Samothracum.
Et nostrorum aras: contemnere fulmina pauper
Creditur, atq; deos, dijs ignoscentibus ipsis.
Quid? quod materiam præbet, causasq; iocorum
Omnibus hic idem: si fœda, & scissa lacerna:
Si toga sordidula est, & rupta: calceus alter
Pelle patet: uel si consuto uulnere crassum,
Atq; recens linum ostendit non una cicatrix.

Notat Do
mitianum,
qui reuoca
rat legem
Othonis
Tri. plebis
iam aboli
tam, ne in
quatuorde
cim gradi
bus specta
ret, cui non
esset census
equestris.

Nil habet infelix paupertas durius in se, *Pamp v big*
Quam quod ridiculos homines facit: exeat, inquit
Si pudor est, & de puluino surgat equestris,
Cuius res legi non sufficit: & sedeant hic
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.
Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ.
Sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni.
Quis gener hic placuit censu minor, atq; puella
Sarcinulis

Quia ad censum no ad uulnere aut paupertas respicienda dixit

*Lex in Rosin
a est q in hi
L. Otho Rosig
in notia in h
est in qua
moderim prius
ordib: soh qua
dibq in thatro
haberet nisi q
quod h
ad in g
in censu*

Sarcinulis impar? quis pauper scribitur hæres?
 Quando in consilio est ædilibus? agmine facto
 Debuerant olim tenues migrasse Quirites.
 Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat
 Res angusta domi: sed Rhomæ durior illis
 Conatus, magno hospitium miserabile, magno
 Seruorum uentres, & frugi coenula magno.
 Fictilibus coenare pudet, quod turpe negauit
 Translatus subito ad Marsos, mensamq; Sabellam,
 Contentusq; illic ueneto, duroq; cucullo.
 Pars magna Italiæ est (si uerum admittimus) in qua
 Nemo togam sumit nisi mortuus. ipsa dierum
 Festorum herbofo colitur si quando theatro
 Maestas: tandemq; redit ad pulpita notum
 Exodium, cum personæ pallentis hiatum
 In gremio matris formidat rusticus infans.
 Aequales habitus illic, similemq; uidebis
 Orchestram, & populum, clari uelamen honoris:
 Sufficiunt tunica summis ædilibus albæ:
 Hic ultra uires habitus nitor: hic aliquid plus,
 Quàm satis est: interdum aliena sumitur arca.
 Commune id uitium est: hic uiuimus ambitiosa
 Paupertate omnes. quid te moror? Omnia Rhomæ
 Cum precio. quid das, ut Cossus aliquando salutes?
 Ut te respiciat clauso Veiento labello?
 Ille metit barbam, crinem hic deponit amati:

Transl. Cur
 rium Dēta.
 intelligit, q
 de uictis Sam
 nitibus &
 Sabinis, con
 tinentissi
 mē uixit.

Simplicitas
 in spectacu
 lis municipi
 palium.

Plena

Rosi
 In hi
 Rosig
 i. h. p.
 qua
 prius
 qua
 d. h. v.
 i. f. q.
 p. n. s.
 p. n. q.
 p. n. q.
 p. n. q.

Plena domus libis uenalibus. accipe, & illud
 Fermentum tibi habe: præstant tributa clientes:
 Cogimur & cultis augere peculia seruis.

Tutius ex
 tra urbem
 uiuere.

Quis timet: aut timuit gelida Præneste ruinam?
 Aut positis nemorosa inter iuga Volsinijs, aut
 Simplicibus Gabijs, aut proni Tyburis arce?

Tibicen pro
 fulcimento.

Nos urbem colimus tenui tibicine sultam
 Magna parte sui: nam si labentibus obstat
 Villicus, & ueteris rimæ contexit hiatus:
 Securos pendente iubet dormire ruina.

† Vcalegon
 uicinus, al
 ludens ad il-
 lud Verg. lã
 proximus
 ardet Vcale
 gon.

Videndum est illic, ubi nulla incendia, nulli
 Nocte metus: iam poscit aquam, iã friuola transfert

† Vcalegon: tabulata tibi iam tertia fumant.

Tu nescis. nam si gradibus trepidatur ab imis

Vltimus ardebit, quem tegula sola tuetur

A pluuia, molles ubi reddunt oua columbæ.

Lectus erat Codro Procula minor: urceoli sex,

Ornamentum abaci: necnon & paruulus infrà

Cantharis, et recubans sub eodẽ marmore Chiron:

v. de Ida: codrus Iamq; uetus Græcos seruabat cista libellos,

Codrus, poë Et diuina opici rodebant carmina mures.

ta, qui supra Nil habuit Codrus: quis enim negat? & tamen illud

Theseida re Perdedit infelix totum nil: vltimus autem

mo extreme Aerumnæ cumulus, quòd nudum, & frustra rogans

paupertatis. Nemo cibo, nemo hospitio, tectoq; iuuabit. (rem

Astirij, alij Si magna Astirij cecidit domus, horrida mater,

Pullati

Pullati proceres, differt uadimonia prator:
 Tunc geminus casus urbis, tunc odimus ignem.
 Ardet adhuc, & iam occurrit qui marmora donet,
 Conferat impensas: hic nuda & candida signa:
 Hic aliquid præclarum Euphanoris, & Polycleti,
 Phecasianorum uetera ornamenta Deorum.
 Hic libros dabit, & forulos, mediamq; Mineruam,
 Hic medium argenti: meliora, ac plura reponit
 Persicus arborum lautissimus, & meritò iam
 Suspectus, tanquàm ipse suas incenderit ædeis.
 Si potest auelli Circensibus, optima Soræ,
 Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur:
 Quanti nunc tenebras unum conducis in annum.
 Hortulus hic, puteusq; breuis, nec recte mouendus,
 In tenuis plantas facili diffunditur haustu.
 Viue bibentis amans, & culti uillicus horti,
 Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.
 Est aliquid quocunq; loco, quocunq; recessu,
 Vnius sese dominum fecisse lacertæ.
 Plurimus hic æger moritur uigilando: sed illum
 Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens
 Ardenti stomacho: nam quæ meritoria somnum
 Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe.
 Inde caput morbi, rhedarum transitus arcto
 Vicorum inflexu, & stantis conuicia mandræ
 Eripiunt somnum † Druso, uitulisq; marinis.

Arturij le
 gūt: cuius
 supra memi
 nit, ut scele
 rati, qui ni
 grum in cā
 dida uertat.

Fabrateria,
 & Frusino,
 oppida Cā
 panie, in uia
 Latina. Stra
 bo lib. 5.

Incōmoda
 pauperum
 ex insome
 nijs.

† aliàs Vro
 so.

Si uocat

Liburno, lecti cario ex Liburnia. Dalmatiæ uicina regione.

Corbu. uir ualidissimus tempore Neronis claruit, cuius meminit Tacit.

Imitatur Horatium, qui fere istis uerbis descripsit urbis tumultum.

Si uocat officium, turba cedente, uehetur
 Diues, & ingenti curret super ora Liburno:
 Atq; obiter leget, aut scribet, uel dormiet intus:
 Nanq; facit somnum clausa lectica fenestra:
 Antè tamen ueniet. nobis properantibus obstat
 Vnda prior: magno populus premit agmine lumbos
 Qui sequitur: ferit hic cubito, ferit affere duro
 Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
 Pinguia crura luto, planta mox undiq; magna
 Calcor & in digito clauus mihi militis hæret.
 Non'ne uides quanto celebretur sportula fumo?
 Centum conuiuæ, sequitur sua quenq; culina.
 Corbulo uix ferret tot uasa ingentia, tot res
 Impositas capiti, quas recto uertice portat
 Seruulus infelix: & cursu uentilat ignem.
 Scinduntur tunicæ sartæ modò: longa coruscat
 Sarraco ueniente abies atq; altera pinum
 Plaustra uehunt: nutant altè, populoq; mimantur.
 Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat
 Axis, & euersum fudit super agmina montem,
 Quid superest de corporibus? quis mēbra, quis ossa
 Inuenit? obtritum uulgi perit omne cadauer
 More animæ, domus intereà secura patellas
 Iam lauat, & bucca foculū excitat, & sonat unctis
 Strigilibus, pleno componit lintea gutto.
 Hæc inter pueros uariè properantur: at ille

Iam sc̄o

S A T Y R A III. 51

Iam sedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
 Porthmea, nec sperat cœnosi gurgitis aluum
 Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
 Respice nunc alia, ac diuersa pericula noctis.
 Quod spacium tectis sublimibus: unde cerebrum
 Testa ferit, quoties rimosa, & curta fenestris
 Vasa cadunt: quanto percussum pondere signent,
 Et ledant silicem: possis ignauus haberi,
 Et subiti casus improuidus, ad cœnam si
 Intestatus eas: adeò tot fata, quot illa
 Nocte patent uigiles te prætereunte fenestræ.
 Ergò optes, uotumq; seras miserabile tecum,
 Ut sint contentæ patulas effundere pelues.
 Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
 Dat pœnas: noctem patitur lugentis amicum
 Pelidæ: cubat in faciem, mox deinde supinus.
 Ergò non aliter poterit dormire. quibusdam
 Somnum rixa facit: sed quamuis improbus annis,
 Atq; mero feruens, cauet hunc, quem coccina læna
 Vitari iubet, & comitum longissimus ordo:
 Multum præterea flammæ, atq; ænea lampas
 Me, quem Luna solet deducere, uel breue lumen
 Candelæ, cuius dispenso, & tempero filum,
 Contemnit: miseræ cognosce præmia rixæ,
 Si rixa est, ubi tu pulsas, ego uapulo tantum.
 Stat contrà, stariq; iubet: parere necesse est.

πορθμεία,
 portitorē:
 ut Maro ap-
 pellat Cha-
 rontem, qui
 animas trās-
 fretat.

Improbitas
 iuuenturis,
 quæ non pos-
 sit dormire
 nisi quempiã
 pulsauerit.

Contentio-
 nis initium.

Nam quid

Conchis, fa-
ba elixa cū
cortice.

ἡσπορευχῆ,
proprie, est
oratio ad de-
um: hic uero
locus ubi mē-
dici stipem
efflagitant.

Furta & la-
trocinia cō-
mitti in me-
dia urbe, q-
bustota fere
scater.

Nam quid agas, cū te furiosus cogat, & idem
Fortior? unde uenis, exclamat. cuius aceto,
Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi ueruecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.
Aede ubi consistas: in qua te quæro proscucha.
Dicere si tentes aliquid, tacitus' ue recedas,
Tantundem est: feriunt pariter, uadimonia deinde
Iraati faciunt. libertas pauperis hæc est,
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
Nec tamen hoc tantū metuas. nam qui spoliat te
Non decrit, clausis domibus, postquam omnis ubiq;
Fixa catenatae siluit compago tabernæ.
Interdum & ferro subitus grassator agit rem,
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pontina palus, & gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanquā ad uiuaria currunt.
Qua fornace graues, qua non incude catenæ?
Maximus in uinclis ferri modus, ut timeas, ne
Vomer deficiat, ne marra, & sarcula desint.
Felices proauorum atauos, felicia dicas
Sæcula, quæ quondam sub regibus, atq; tribunis
Viderunt uno contentam carcere Rhomam.
His alias poteram, & plureis subnectere causas,
Sed iumenta uocant, & sol inclinatur: eundem est:

Nam

Nam mihi commota iamdudum mulio uirga
 Innuit. ergò uale, nostri memor: & quoties te
 Rhoma tuo refici properantem reddet Aquino
 Me quoq; ad Eluinam Cererem, uestramq; Dianam
 Conuelle à Cumis: satyrarum ego (ni pudet illas)
 Adiutor, gelidos ueniam caligatus in agros.

Iuuenalis
 patria, Aquinū
 num oppidū
 in uia Lati-
 na, quæ est
 Campania.
 autor Strabo
 bo, lib. 5.

SATYRA IIII.

ARGUMENTVM.

In Crispinum Aegyptium, flagitijs coopertum, & nē-
 tris mancipium inuehitur, atq; per occasionem in Do-
 mitiani crudelitatem & luxum.

Ecce iterū Crispinus, et est mihi sæpè uocādus
 Ad parteis, monstrū nulla uirtute redemptū
 A uitijs, æger, solaq; libidine fortis:
 Delitias uiduæ tantum aspernatur adulter.
 Quid refert igitur quantis iumenta fatiget
 Porticibus? quanta nemorum uectetur in umbra?
 Iugera quod uicina foro? quas emerit ædcis?
 Nemo malus felix, minimè corruptor & idem,
 Incestus: cum quo nuper uittata iacebat
 Sanguine adhuc uiuo terram subitura sacerdos.
 Sed tunc de factis leuioribus: & tamen alter
 Si fecisset idem, caderet sub iudice morum.
 Nam quod turpe bonis Titio, Serioq; decebat
 Crispinum. quid agas, cum dira, & foedior omni
 Crimine persona est? mulum sex millibus emit,

C Aequantem

Acquantem sane paribus sestertia libris,
 Ut perhibent, qui de magnis maiora loquuntur.
 Cosilium laudo artificis, si munere tanto
 Præcipuam in tabulis ceram senis abstulit orbi.
 Est ratio ulterior, magnæ si misit amicæ,
 Qui uehitur clauso latis specularibus antro.
 Nil tale expectes: emit sibi multa uidemus,

Apicius, om
 nium nepo-
 tum, ut Pli-
 nius, altissi-
 mus gurges.
 Quæ miser & frugi non fecit Apicius: hoc tu
 Succinctus patria quondam Crispine Papyro,
 Hoc precium squamæ? potuit fortasse minoris
 Piscator, quàm piscis emi: prouincia tanti
 Vendit agros, sed maiores Apulia uendit.
 Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
 Induperatorem, cum tot sestertia partem
 Exiguam, & modicæ sumptam de margine cœnæ
 Purpureus magni ructaret scurra palati,

Crispin⁹ ex
 ἰχθυοπώλας,
 eques fact⁹.
 Iam princeps equitum, magna qui uoce solebat
 Vendere municipes fracta de merce siluros?
 Incipe Calliope: licet hîc considerare: non est

Cum impe-
 raret Domi-
 tianus alter
 Nero, captus
 est piscis An-
 chone mire
 magnitudi-
 nis, qui mox
 Cesari fuit
 exhibitus.
 Cantandum, res uera agitur: narrate puellæ
 Pierides: prosit mihi uos dixisse puellas.
 Cùm iam semianimum laceraret Flavius orbem
 Vltimus, & caluo seruiret Rhoma Neroni,
 Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi
 Ante domũ Veneris, quã Dorica sustinet Anchon,
 Impleuitq; sinus: neq; enim minor hæserat illis,

Quos

Quos operit glacies Mæotica, ruptaq; tandem
 Solibus effundit torpentis ad hostia ponti
 Desidia tardos, & longo frigore pingues.
 Destinat hoc monstrum cymbe, liniq; magister
 Pontifici summo quis enim proponere talem,
 Aut emere auderet? cùm plena & littora multo
 Delatore forent, dispersi protinus Algæ
 Inquisitores agerent cum remige nudo,
 Non dubitaturi fugituum dicere piscem,
 Depastumq; diu uiuaria Cæsaris: inde
 Elapsum ueterem ad dominum debere reuerti.
 Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
 Quicquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore tot
 Res fisci est, ubicūq; natat: donabitur ergo, (to est
 Ne pereat, iam letifero cedente pruinis
 Autumno, iam quartanam sperantibus aegris.
 Stridebat: deformis hyems, prædamq; recentem
 Seruabat: tamē hic properat, uelut urgeat Auster,
 Utq; lacus superant: ubi quanquàm diruta seruat
 Ignem Troianum, & Vestem colit Alba minorem,
 Obstitit intranti miratrix turba parumper,
 Et cessit: facili patuerunt carāme ualuæ.
 Exclusi expectant admissa obsonia patres:
 Itur ad Atridem tunc Picens, Accipe, dixit,
 Priuatis maiora focis: genialis agatur
 Iste dies: propera stomachum laxare saginis,

Palphurius
 Sura, dela-
 tor acerri-
 mus cum Ar-
 millato.
 quorum me-
 minit Sueto-
 nius.

Atridem a
 crudelitate,
 ut Orestes,
 aut Nero, q
 matrē suam
 occiderunt.

C 2 Et tua

Et tua seruatum consume in secula rhombum.

Ipse capi uoluit: quid apertius? & tamen illi

Ad Ada: Tolle Surgebant crista: nihil est, quod credere de se

Non possit, cum laudatur dijs æqua potestas.

Sed deerat pisci patinæ mensura: uocantur

Ergò in consilium proceres, quos oderat ille,

In quorum facie misere magnæq; sedebat

Pallor amicitia primus, clamante Liburno,

Currite, iam sedit: rapta properabat ab olla

† Pegasus,
iuris consul-
tus celebra-
rimus, tem-
pore Vespasi-
ani Cæsa-
ris.

Vibius Cris-
pus uir face-
tissimus, &
integerrimus.

Tyranni
crudelitas.

† Pegasus, attonitæ positus modo uillicus urbi

An' ne aliud tunc præfecti? quorum optimus, atq;

Interpres legum sanctissimus, omnia quanq;

Temporibus diris tractanda putabat inermi

Iustitia: uenit & Crispi iucunda senectus,

Cuius erant mores, qualis facundia, mite

Ingenium, maria, ac terras, populosq; regenti.

Quis comes utilior, si clade, & peste sub illa

Sæuitiam damnare, & honestum afferre liceret

Consilium? sed quid uiolentius aure tyranni?

Cum quo de pluuijs, aut æstibus, aut nimbo

Vere locuturi fatum pendebat amici?

Ille igitur nunquam direxit brachia contra

Torrentem: nec ciuis erat, qui libera posset

Verba animi proferri, & uitam impendere uero.

Sic multas hyemes, atq; octogesima uidit

Solstitia, his armis, illa quoq; tutus in aula.

Proximus

Proximus eiusdem properabat Acilius æui
 Cum iuvene indigno, quem mors tã seua maneret,
 Et domini gladijs iam destinata: sed olim
 Prodigio par est in nobilitate senectus:

Vnde fit, ut malim fraterculus esse gigantum.

Profuit ergò nihil misero, quòd comminus ursos

Figebat Numidas, Albana nudus arena

Venatur: quis enim iam non intelligat artes

Patritias? quis priscum illud miretur acumen

† Brute tuum? facile est barbato imponere regi.

Nec melior uultu, quamuis ignobilis, ibat

Rubrius, offensæ ueteris reus, atq; tacendæ.

† Et tamen improbior Satyram scribente cinædo.

Montani quoq; uenter adest abdomine tardus,

Et matutino sudans Crispinus amomo,

Quantum uix redolent duo funera. seuior illo

Pompeius tenui iugulos aperire susurro,

Et qui uulturibus seruabat uiscera Dacis

Fuscus, marmorea meditatus prælia uilla.

Et cum mortifero prudens uegento Catullo.

Qui nunquam uise flagrabat amore puellæ ^{vide Adæ} ^{EX asp} ^{præter hæc} ^{ritæ} ^{fratæ} ^{amor}

Grande, & conspicuum nostro quoq; tēpore mon

Cæcus, adulator, dirusq; à ponte satelles, (strum:

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,

Blandaq; deuexæ iactaret basio rhedæ,

Nemo magis rhombum stupuit: nam plurima dixit

† Facilius
 imposuit
 Brutus Tar
 quinio. stoli
 do regi, quã
 hodie no
 stris, si uiue
 ret.

† Cinædo.
 Nerone, qui
 maledicen
 tissimū car
 men scripsit
 in Quintia.
 Cornelius]

Fuscus, qui
 in Dacia pe
 rit. ^{fratæ} ^{amor}
 Catullus
 Messalinus
 cæcus, sed
 pestilentissī
 mus syco
 phanta.

In laeuum conuersus: at illi dextra iacebat
 Bellua: sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
 Et pægma, & pueros inde ad uelaria raptos,
 Non cedit Veiento: sed ut fanaticus, æstro *v. de Ada:*
 Percussus Belona tuo, diuinat: & ingens
 Omen habes, inquit, magni, clariq; triumphi.

Regem aliquem capies: aut de temone Britanna
 Excidet Aruiragus. peregrina est bellua cernis
 Erectas in terga sudes? hoc defuit unum
 Fabricio, patriam ut rhombi memoraret, & annos.
 Quidnam igitur censes? conciditur? absit ab illo

Curtius Mō
 ranus uentri
 cosus, & ab
 domini ser
 uiens. pro
 pterea ait,
 eum se dig
 nam senten
 riam dixif
 se.

Dædecus hoc, Montanus ait: testa alta paretur,
 Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.
 Debetur magnus patina, subitusq; Prometheus.
 Argillam, atq; rotam citius properate: sed ex hoc
 Tempore iam Cæsar figuli tua castra sequantur.
 Vicit digna uiro sententia: nouerat ille
 Luxuriam imperij ueterem, noctesq; Neronis
 Iam medias, aliamq; famem, cum pulmo falerno
 Arderet. nulli maior fuit usus edendi
 Tempestate mea, Circeis nata forent, an

Rutupinū.
 oppidū Bri
 tanniæ ma
 ritimum, cu
 ius meminit
 Ptolomæ, &
 Lucanus.

Lucrinum ad saxum Rutupino ue edita fundo
 Ostrea, callebat primo deprendere morsu,
 Et semel aspecti littus dicebat echini.
 Surgitur, & misso procures exire iubentur
 Consilio, quos Albanam dux magnus in arcem

Traxerat

Traxerat attonitos, & festinare coactos,
 Tanquàm de Getis aliquid, toruisq; Sicambris
 Dicturus, tanquàm diuersis partibus orbis
 Anxia præcipiti uenisset epistola penna.
 Atq; utinam his potius nugis tota illa dedisset
 Tempora seuitiæ, claras quibus abstulit urbi,
 Illustresq; animas impune, & uindice nullo:
 Si perijt, postquàm cerdonibus esse timendus
 Cœperat: hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Domitianus
 postquam
 cœpit scuire
 in plebem,
 statim pe-
 rijt.

S A T Y R A V.

A R G V M E N T V M.

Ad Trebium amicum: quem monet, ut à uita pa-
 rasitica se subducatur, cum ob multa alia, tum maxime
 ob contumeliam, & auaritiam diuitum.

SI te propositi nondū pudet, atq; eadē est mens,
 Vt bona summa putes aliena uiuere quadra:
 Si potes illa pati, quæ nec sarmentus iniquas
 Cesaris ad mensas, nec uilis Galba tulisset:
 Quamuis iurato metuam tibi credere testi,
 Ventre nihil noui frugalius: hoc tamen ipsum
 Defecisse puta, quod inani sufficit aluo.
 Nulla crepido uacat? nusquàm pōs, & tegetis pars
 Dimidia breuior? tanti ne iniuria cœnæ?
 Tam ieiuna fames? cū possis honestius illic
 Et tremere, & sordes farris mordere canini?
 Primo fige loco, quòd tu discumbere iussus,

C 4 Mercedem

Conuiuator
putat se te-
cum belle a-
gere, si se-
mel te dona-
uit una cœ-
na.

**Sarraca, ge-
nus uehiculi**
cuius alibi
meminit.

Cap. cons.
Opimianū
uinum intel-
ligit, quod
est in multa
sæcula ser-
uatum.

**†Thrasea &
Heluidius,**
duo liberta-
tis amato-
res, Bruti &
Cassij nara-
les celebra-
bant.

Mercedem solidam ueterum capis officiorum.

Fructus amicitiae magnæ, cibus, imputat hunc rex,

Et quàmuis rarum, tamen imputat: ergo duos post

Si libuit menses neglectum adhibere clientem,

Tertia nec uacuo cessaret culcitra lecto,

Vnà simus, ait: uotorum summa. quid ultra

Queris? habet Trebius, propter quod rûpere som-

Debeat & ligulas dimittere sollicitus, ne (num

Tota salutatrix iam turba peregerit orbem

Syderibus dubijs, aut illo tempore, quo se

Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ.

Qualis coena tamen? unum quod succida nolit

Lana pati: de conuiua Corybanta uidebis.

Iurgia proludunt: sed mox & pocula torques

Saucius, & rubra deterges uulnera mappa.

Inter uos quoties, libertorumq; cohortem,

Pugna Saguntina feruet, commissa lagoenas?

Ipsè capillato diffusum consule potat,

Calcatamq; tenet bellis socialibus uiam,

Cardiaco nunquàm cyathum missurus amico,

Cras libet Albanis aliquid de montibus, aut de

Setinis, cuius patriam, titulumq; senectus

Deleuit multa ueteris fuligine testæ:

† Quale coronati Thrasea, Heluidiusq; bibebant,

Brutorum & Cassij natalibus: ipse capaces

Heliadum crustas, & inæquales beryllos.

Virro

Virro tenet phialas: tibi non committitur durum:
 Vel si quando datur, custos affixus ibidem,
 Qui numeret gemmas, unguesq; obseruet acutos.
 Da ueniam: præclara illic laudatur iaspis:
 Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula transfert
 A digitis, quas in uagine fronte solebat
 Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ.
 Tu Beneuentani sutoris nomen habentem
 Siccabis calicem uasorum quattuor, ac iam
 Quassatum, & rupto poscentem sulfura uitro.
 Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;
 Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.
 Non eadem uobis poni modò uina querebar:
 Vos aliam potatis aquam: tibi pocula cursor
 Getulus dabit, aut nigri manus ossea Mauri,
 Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
 Cliosæ ueheris dum per monimenta Latine.
 Flos Asiæ ante ipsum, precio maiore paratus,
 Quàm fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.
 Et ne te teneam, Rhomanorum omnia regum
 Friuola. quòd cum ita sit, tu Getulum Ganymedem
 Respice cum sities: nescit tot millibus emptus
 Pauperibus miscere puer, sed forma, sed ætas
 Digna supercilio. quando ad te peruenit ille?
 Quando uocatus adest caldæ, gelidæq; minister?
 Quippe indignatur ueteri parère clienti,

Iuuen. præ.
 Aeneas, qui
 in gladii ca-
 pulo gemas
 ferebat. nō
 poculis. 4.
 Aeneid.
 Decocta,
 aqua niue re-
 frigerata.
 Neronis in-
 uentum.

Flos Asiæ,
 pincerna
 formosissi-
 mus ex Asiæ,
 & idem pre-
 ciosissimus.

Seruorū ar-
 rogantia.

C S Quodq;

Quodq; aliquid poscas, & quod se stante recubas.

Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Ecce alius quanto porrexit murmure panem

Vix fractum, solidæ iam mucida frusta farinæ,

Genuinus
dens. dictus
quod à genis
pendeat. au-
tor Festus.

Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum:

Sed tener & niueus, molliq; filigine factus

Seruatur domino: dextram cohibere memento.

Salua sit artocopi reuerentia: finge tamen te.

Innprobulum: superest illic qui ponere cogat.

Vix tu consuctis audax conuiuia canistris

Impleri, panisq; tui nouisse colorem,

Scilicet, iro-
nice fere u-
surpatur, ut
hic: & Terē.

Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpè relicta

Hoc popu-
lus curat sci-
licet.

Coniuge, per montem aduersum gelidasq; cucurri

Diuiti squil-
la, lautissim⁹
piscis appo-
nitur: clien-

Aesquillas, fremeret sæua cum grandine uernus

i uero gam-
marus uilis-
simus.

Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo.

Boccar, rex
fuit Maurici-
anæ: ubi ole-
um adeo, te-
tri est odoris
ut serpētes
etiam nō fe-
rant.

Aspice quàm longo distendat pectore lancem

Quæ fertur domino squilla, & quibus undiq; septa

Asparagis, qua despiciat conuiuia cauda,

Assparagis, qua despiciat conuiuia cauda,

Cum uenit excelsi manibus sublata ministri:

Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo,

Ponitur exigua feralis cœna patella,

Ipsæ uenafrano piscem perfundit: at hic, qui

Pallidus offertur misero tibi caulis, olebit

Laternam: illud enim uestris datur alueolis, quod

Canna Micipsarum prora subnexit acuta.

Propter quod Rhomæ cum Boccare nemo lauatur,

Quod

Quod tutos etiam facit à serpentibus atris
 Malus erit domino, quem misit Corsica, uel quem
 Taurominitanae rupes: quando omne peractum est,
 Et iam defecit nostrum mare, dum gula seuit
 Retibus assiduis penitus scrutante macello
 Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscē.
 Infruit ergò focum prouincia: sumitur illinc,
 Quod captator emat Lenas, Aurelia uendat.
 Virroni murena datur, quæ maxima uenit
 Gurgite de Siculo: nam dum se continet Auster,
 Dum sedet, & siccatur madidas in carcere pennas,
 Contemnunt mediam temeraria lima Charymbdim.
 Vos anguilla manet, longæ cognata colubræ,
 Aut glacie aspersus maculis Tyberinus, & ipse
 Vernula, riparum pinguis torrente cloaca,
 Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ.
 Ipsi pauca uelim, facilem si præbeat aurem.
 Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
 A Seneca, quæ Piso bonus, quæ cotta solebat
 Largiri: nanq; & titulis, & fascibus olim
 Maior habebatur donandi gloria: solum
 Poscimus, ut cœnes ciuilitate: hoc face, & esto,
 Esto (ut nunc multi) diues tibi, pauper amicis.
 Anseris ante ipsum magni iecur, anseribus par
 Altilis, & flauis dignus ferro Meleagri
 Fumat aper: post hunc raduntur tubera, si uer

Tunc

Lenas, qui
 uis auarus
 captator: &
 Aurelia, or-
 ba & opulē-
 ta anus.

Lupus in Ty-
 bri natus,
 stercore pa-
 stus, & insul-
 tus, pauperi
 obtruditur.
 Perimus bo-
 ne uir, non
 ut sis alter
 Seneca, aut
 Piso, uiri li-
 beralissimi:
 sed tantum
 ut æqualiter
 cum conui-
 uis bibas, &
 edas.

Τειρονοῖς
 μαντα. *Græcè usur*
 Χειρονοῖς
 μωυ, q̄ ma
 nibus et cor
 pore gesti
 culatur.
 Tria nomi
 na, hoc est,
 sis nobilis:
 quanquam
 alii aliter in
 terpretetur.
 Politi. Mis.
 cap. 31.
 Si ditatus es
 facile inue
 nies culto
 res, & obser
 uatores,
 maxime au
 tem si sine li
 beris.

Tunc erit, & facient optata tonitrua coenas
 Maiores: tibi habe frumentum, Aledius inquit,
 O Libyæ disiunge boues, dum tubera mittas.
 Structorem interea, ne qua indignatio desit,
 Saltantem spectas, & chironomonta uolanti
 Cultello, donec peragat dictata magistri.
 Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
 Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.
 Ducêris planta, uelut ictus ab Hercule Cacus,
 Et ponere foris, si quid tentaueris unquam
 Hiscere, tanquàm habeas tria nomina, quando pro
 Virro tibi, sumitq; tuis contacta labellis (pinat
 Pocula. quis uestrum temerarius usq; adeo, quis
 Perditus ut dicat regi, bibe? plurima sunt, quæ
 Non audent homines pertusa dicere lena.
 Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dijs,
 Et melior fatis donaret homuntio, quantus
 Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus?
 Da Trebio, pone ad Trebium. uis frater ab illis
 Ilibus? ô nummi, uobis hunc præstat honorem.
 Vos estis fratres: dominus tamen, & domini rex
 Si uis tu fieri, nullus tibi paruulus aula
 Lusert Aeneas, nec filia dulcior illo
 Iucundum, & charum sterilis facit uxor amicum:
 Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros treis
 In gremium patris fundat, simul ipse loquaci

Gaudea

Gaudebit nido: uiridem thoraca iubebit
 Affèrri, minimasq; nuces, assèmq; rogatum.
 Ad mensam quoties parasitus uenerit infans.
 Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
 Boletus domino: sed qualem Claudius edit
 Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit,
 Virro sibi, & reliquis Virronibus illa iubebit
 Poma dari, quorum solo pascaris odore,
 Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,
 † Crede quæ possis serrupta sororibus Aphris.
 † Tu scabie fruere mali, quod in aggere rodit,
 Qui tegitur parma, & galea, metuensq; flagelli,
 Discit ab hirsuta iaculum torquere capella.
 Forsitan impensæ Virronem parere credas:
 Hoc agit, ut doleas. nam quæ comœdia? minus
 Quis melior, plorante gula? ergo omnia fiunt,
 Si nescis, ut per lachrymas effundere bilem
 Cogaris, pressoq; diu stridère molari.
 Tu tibi liber homo, & regis conuiua uideris,
 Captum te nidore suæ putat ille culinae:
 Nec malè coniectat. quis enim tam nudus, ut illum
 Bis ferat Ethruscum puero si contigit aurum?
 Vel nodus tantum, & signum de paupere loro?
 Spes bene cœnandi uos decipit: ecce dabit iam
 Semesum leporem, atq; aliquid de clunibus apri.
 Ad nos iam ueniet minor altilis: inde parato,

Intactosq;

Claudius
 bolero ab
 Agrippina
 uxore medi
 caro extin
 ctus est.

† Sor. Aphr.
 hortis hespe
 ridum.

† Contume
 lia diuitum
 in pauperes,
 ex quorum
 dolore capi
 unt uolupta
 tem.

Quis ferat
 talem insolē
 tiā, nisi pla
 ne seruis?
 Certe dū ob
 uentrem ser
 uis potenti,
 liber nō es.

Intactoque omnes, & stricto pane tacetis.
 Ille sapit, qui te sic utitur, omnia ferre
 Si potes & debes: pulsandum uertice raso
 Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
 Flagra pati, his epulis & tali dignus amico.

SATYRA VI.

ARGUMENTVM.

Ursidium monet, ne facile patiat se matrimonio
 alligari, eius incommoda ob oculos ponens: & miro
 stomacho mulierum mores, & uitia insectatur.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
 In terris, uisamque diu, cum frigida paruas
 Præberet spelunca domos, ignemque, laremque,
 Et pecus & dominos communi clauderet umbra,
 Syluestrem montana torum cum sterneret uxor
 Frondibus, & culmo, uicinarumque ferarum
 Pellibus: haud similis tibi, Cynthia, nec tibi, cuius
 Turbauit nitidos extinctus passer ocellos:
 Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
 Et sepe horridior glandem ructante marito.
 Quippe aliter tunc orbe nouo, celoque recenti,
 Viuebant homines qui rupto robore nati,
 Compositique luto, nullos habuere parentes.
 Multa pudicitiae ueteris uestigia forsan,
 Aut aliqua exstiterant, et sub Ioue: sed Ioue nondum
 Barbato, nondum Graecis iurare paratis

*vide Adg. d.
 Quædam bi. Nat.
 & Robore*

*Græc. hoc
 est, cum syn
 ceri inter se
 uiuerent, nec
 esset opus iu
 reiurando,
 ut postea.*

Per cao

Per caput alterius: cū furem nemo timeret,
 Caulibus, aut pomis, & aperto uiueret horto.
 Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
 Hac comite, atq; duæ pariter fugere sorores.
 Antiquum & uetus est, alienum Posthume lectum
 Concutere, atq; sacri genium contemnere fulcri.
 Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas:
 Viderunt primos ~~argentea~~ secula mœchos.
 Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia nostra
 Tempestate paras: tamq; à tonsore magistro
 Pectus, & digito pignus fortasse dedisti.
 Certè sanus eras. uxorem Posthume ducis?
 Dic, qua Tisiphone? quibus exagitare colubris?
 Ferre potest dominam, saluis tot restibus ullam,
 Cū pateant altæ, caligantesq; fenestræ?
 Cū tibi uicinum se præbeat Aemilius pons?
 Aut si de multis nullus placet exitus, illud
 Nonnè putas melius, quòd tecum pusio dormit?
 Pusio, qui noctu non litigat? exigit à te
 Nulla iacens illic munuscula, nec queritur, quod
 Et lateri parcas, nec quantum iussit, anheles.
 Sed placet Vrsidio lex Iulia: tollere dulcem
 Cogitat heredem, cariturus turture magno,
 Mulorumq; iubis, & captatore Macello.
 Quid fieri non posse putes, si iungitur ulla
 Vrsidio? si mœchorum notissimus olim

Astræa, quæ
 teste Hesio
 do, cū pudici
 tia in cœlū
 euolauit, of
 fensa homi
 num mori
 bus. *Ferrea ætas*
*Argentea scri
 ta*

Quiduis ^{uideo}
 geres potius
 quam duce
 res uxorem ^{offici}
 qua commo ^{ad res}
 dius posses ^{trium uis}
 carere. ^{redidit}

Lex Iulia,
 quæ cauet,
 ut adulterū
 deprehensū
 dēt pœnas.

Stulta

Perit. qui cū timeret dela-
 tores. illis uxorem sub-
 mittebat.

Stulta maritali iam porrigit ora capistro?
 Quem toties textit perituri cista Latini.
 Quid? quod & antiquis uxor de moribus illi
 Queritur. ô medici mediam pertundite uenam,
 Delicias hominis Tarpeium limen adora
 Pronus, & auratam Iunoni cæde iuuentam,
 Si tibi contigerit capitis matrona pudici.

Thesmopho-
 ria. id est sa-
 cra Cereris
 agebāt, per
 κρηπίους, id
 est. sobrias
 & castas fo-
 minas.

Pauca adeò Cereris uittas contingere dignæ,
 Quarum non timeat pater oscula. ne te coronam
 Postibus, & densos per limina tende corymbos.
 Vnus Iberinæ uir sufficit. ocyus illud
 Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.
 Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
 Viuentis: uiuat Gabijs, ut uixit in agro:
 Viuat Fidenis, & agello cedo paterno.
 Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
 Speluncis? adeò senuerunt Iuppiter & Mars.

Iuppiter &
 Mars, adul-
 teri insignes
 ut scribunt
 Poëtæ.

Porticibus' ne tibi monstratur fœmina uoto
 Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
 Quod securus ames, quodq; inde excerpere possis
 Chironomon Ledam, molli saltante Batillo,
 Tuccia uesicæ non imperat: Appula gannit
 Sicut in amplexu, subitum & miserabile: longum
 Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
 At alie quoties aulea recondita cessant,
 Et uacuo clausoq; sonant fora sola teatro,

Atq; à

Atq; à plebeis longè Megalesia, tristes
 Personam thyrsumq; tenent, & subligar Acci,
 Urbicus ex odio risum mouet Attellanae
 Gestibus Autonoes: hunc diligit Aelia pauper.
 Soluitur his magno comœdi fibula: sunt quæ
 Chryfogonum cantare uetent: Hispulla tragœdo
 Gaudet. an expectas, ut Quintilianus ametur?
 Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion,
 Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq; choraulis.
 Longa per angustos figamus pulpita uicos:
 Ornentur postes, & grandi ianua lauro,
 Ut testudineo tibi Lentule conopeio,
 Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans,
 Nupta senatori comitata est Hippia ludum
 Ad Pharon, & Nilum, famosaq; mœnia Lagi,
 Prodigia, & mores urbis, damnante Canopo.
 Immemor illa domus, & coniugis, atq; sororis,
 Nil patriæ indulsit, plorantesq; improba natos,
 Utq; magis stupeas ludos, Paridemq; reliquit.
 Sed quanquàm in magnis opibus, plumaq; paterna,
 Et segmentatis dormisset paruula cumis,
 Contempsit pelagus: famam contempserat olim:
 Cuius apud molles minima est iactura cathedras.
 Tyrrhenos igitur fluctus, lateq; sonantem
 Pertulit Ionium constanti pectore, quamuis
 Mutandum totius esset mare: iusta pericli

Megalesia,
 Iudi Circen-
 ses, in hono-
 rem magnæ
 matris deū
 dedicati.

Quintilia-
 nus, quiuis
 doctus, &
 probus uir,
 ut alibi pro-
 diserto.

Senat. Veie-
 toris uxor,
 relicto mari-
 to, secuta est
 gladiatorē
 in Aegyptū.

Mulierum
 in cœpto fa-
 cinore con-
 stantia.

D Si ratio

Si ratio est, & honesta, timent, pauidoq; gelantur
Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis.

Fortem animū præstāt rebus, quas turpiter audent.

Si iubeat coniux, durum est conscendere nauim:

Tunc sentina grauis, tunc summis uertitur aër.

Quæ mœchum sequitur, stomacho ualet: illa maritū

Conuomit: hæc inter nautas & prandet, & errat

Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.

Ludia, ut su-
pra ludium
dixerat, sce-
nicum aut
gladiatorē,
Sergium ni-
mirum, quē
erat sequuta

Qua tamen exarsit forma? qua capta iuuenta est

Hippia? quid uidit, propter quod Ludia dici

Sustinuit? nam Sergiolus iam radere guttur

Cœperat, & secto requiem sperare lacerto.

Præterea multa in faciem deformia, sicut

Attritus galea, medijsq; in naribus ingens

Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

Hyacinthos
suauēs & de-
licatos, ut
Hyacinthus
Apollinis a-
mafius.

Sed gladiator erat: facit hoc illos Hyacinthos.

Hoc pueris, patriæq; hoc prætulit illa sorori,

Atq; uiro: ferrum est, quod amant: hic Sergius idē

Accepta rude cœpisset Veiento uideri.

Quid priuata domus, quid fecerit Hippia, curas?

Messalinæ,
Claudij uxo-
ris, impudi-
citia.

Respice riuales diuorum: Claudius audi,

Quæ tulerit, dormire uirum cum senserat uxor,

Ausa Palatino tegetem præferre cubili,

Messalina uxor
Claudij
lib. 2.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos,

Linquebat comite ancilla non amplius una,

Ei nigrum flauo crimem abscondente galero,

Intrauit

S A T Y R A VI. 51

Intrauit calidum ueteri centone lupanar,
 Et cellam uacuam, atq; suam: tunc nuda papillis
 Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
 Ostenditq; tuum, generose † Britannicæ, uentrem.
 Excepit blanda intrantes, atq; æra poposcit:
 Mox lenone suas iam dimittente puellas,
 Tristis abit: sed quod potuit, tamen ultima cellam
 Clausit adhuc ardens rigida tentigine uulvæ,
 Et lassata uiris, nondum satiata recessit,
 Obscurisq; genis turpis, fumoq; lucernæ
 Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.
 Hippomanes, carmenq; loquar, coctumq; uenenum,
 Priuignoq; datum. faciunt grauiora coactæ
 Imperio sexus, minimumq; libidine peccant.
 Optima sed quare Cesennia teste marito?
 Bis quingenta dedit: tanti uocat illa pudicam,
 Nec Veneris pharetris macer est, aut lampade fere
 Inde faces ardent: ueniunt à dotæ sagittæ: (uet.
 Libertas emitur: coram licet innuat, atq;
 Rescribat. uidua est locuples, quæ nupsit auaro.
 Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?
 Si uerum excutias, facies, non uxor amatur.
 Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet:
 Fiant obscuri dentes, oculiq; minores:
 Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi,
 Iam grauis es nobis, & sæpè emungeris, exi

*Britannicus per Augustum
 Julia & Claudio na*

† Britannicus, qui etiã
 Germanicus est dictus
 à Nerone ueneno subla-
 tus.

Mariti lau-
 dant uxores
 non ob pro-
 bitatem, sed
 propter do-
 tem.

Nonnullas
 magis ob ue-
 nustatem,
 quam pudici-
 citiã amari.

D 2 Ocyus,

Vxorum im-
portunitas
& inglu-
uies.

Agrippa, Iu-
dæorū rex,
post mortē
Herodis, cui
nupserat Be-
renice soror
suspectus fu-
it deincestu
cum illa ad-
misso.

Feliciū su-
perbia.

Niobe, Am-
phionis The-
bani uxor,
ΕΥΤΕΚΝΙΟΥ.

Ocyus, & propera: sicco uenit altera naso.
Intercæ calet, & regnat, poscitq; maritum
Pastores, & ouem Canusinam, ulmosq; Falernas
Quantulum in hoc, pueros omneis, ergastula tota:
Quodq; domi non est, & habet uicinus, ematur.
Mense quidem brumæ, cum iam mercatur Iason
Clausus, & armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur chrysellina: maxima rursus
Myrrhina: deinde adamas notissimus, & Berenices

In digito factus preciosior. hunc dedit olim
Barbarus incestæ: dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata reges,
Et uetus indulget senibus clementia porcis.

Nulla'ne de tantis gregibus tibi digna uidetur?
Sit formosa, decens, diues, foecunda, uetustos
Porticibus dissonat auos, intactior omni
Crimibus effusis bellum dirimente Sabina,
Rara uis in terris, nigroq; simillima cygno.

Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quàm te Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis uirtutibus affers
Grande superciliū, & numeras in dote triumphos.
Tolle tuū precor Hannibalem, uictumq; Syphacem

In castris & cum tota Carthagine migra.
Parce precor Pæan, & tu depone sagittas:
Nil pueri faciunt. ipsam configite matrem,

Amphion

Amphion clamat sed Pæan contrahit arcum.
 Extulit ergo gregem natorum, ipsumque parentem,
 Dum sibi nobilior Latonæ gente uidetur,
 Atque eadem scropha Niobe fecundior alba.
 Quæ tanti grauitas? quæ forma, ut se tibi semper
 Imputet? huius enim rari, summiq; uoluptas
 Nulla boni, quoties animo corrupta superbo
 Plus aloës, quam mellis habet. quis deditus autem
 Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert
 Horreat? inq; dies septenis oderit horis?
 Quædam parua quidem sed non toleranda maritis.
 Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
 Formosam, nisi quæ de Thusca Græcula facta est?
 De Sulmonensi, mera Cecropis? omnia Græcè,
 Cum sit turpe magis nostris nescire Latinè.
 Hoc sermone pauent: hoc iram, gaudia, curas,
 Hoc cuncta effundunt animi secreta. quid ultra?
 Concumbunt Græcè: dones tamen ista puellis,
 T'ne etiam, quam sextus et octogesimus annus
 Pulsat, adhuc Græcè? non est hic sermo pudicus
 In uetula, quoties lasciuum interuenit illud
 Σωὴ ἡδὴ ψυχῆ, modo sub lodice relictis ^{uulgaris ser} ~~fallantur~~
 Uteris in turba: quod enim non excitat iguen
 Vox blanda, et nequã? digitos habet ut tamen omne
 Subsident pennæ, dicas hæc mollius Aemo (nes
 Quanquã et Carpophoro, facies tua cõputat annos

elata, se La-
 tonæ prætu-
 lit: quare
 postea pœ-
 nas dedit, cõ-
 sis liberis &
 marito.

In affectatã
 mulierum
 Græcitã,
 qua blandi-
 cias suas ex-
 primebant.

Nequam,
 lasciuia. &
 nullius frue-
 gi, quod ni-
 hil queat.

D 3 Si tibi

Si tibi legitimis pactam, iunctamq; tabellis

Non es amaturus, ducendi nulla uidetur

Mustacia,
genus panis
in nuptiis cō
muis dabat
sub finē offi
cū.

Caussa, nec est quare coenam, & mustacia perdas

Labente officio, crudis donanda, nec illud,

Quod prima pro nocte datur, cum lance beata

Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Quo probior
quisq; est,
hoc magis
uxor eius in
genio uolet
abuti, & u-
biq; praesse
ac imperare
marito.

Si tibi simplicitas uxoriam, deditus uni

Est animus, submitte caput ceruice parata

Ferre iugum. nullam inuenies, quae parcat amanti:

Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,

Et spolijs: igitur longè minus utilis illi

*Mulier in p. 107
am. mal.*

Vxor, quisquis erit bonus, optandusq; maritus.

~~Nil unquam inuita donabis coniuge: uendes~~

Hac obstante nihil, haec si nolit, emetur.

Hæc dabit affectus: ille excludetur amicus

Iam senior, cuius barbam tua ianua uidit.

Testandi cum sit lenonibus, atq; lanistis

Libertas, & iuris idem contingat arenæ,

Non unus tibi riualis dictabitur hæres.

Pone crucem seruo: meruit quo crimine seruus

Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

Subinde a-
Ihs nubit, &
mox ad pri-
stinum ma-
ritum reuer-
titur.

O demens, ita seruus homo est? nil fecerit esto,

Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.

Imperat ergo uiro: sed mox hæc regna relinquit,

Permutatq; domos, & flammea conterit: inde

Aduolat,

Aduolat, & spreti repetit uestigia lecti.
 Ornatas paulò antè fores, pendentia linquit
 Vela domus, & adhuc uirides in limine ramos.
 Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti,
 Quinq; per autumnos: titulo res digna sepulchri.
 Desperanda tibi salua concordia socru:
 Illa docet spolijs nudi gaudere mariti:
 Illa docet missis à corruptore tabellis,
 Nil rude, nil, simplex rescribere: decipit illa
 Custodes, aut ære domat: tunc corpore sano
 Aduocat Archigenen, onerosaq; pallia iactat.
 Abditus intereà latet, & secretus adulter,
 Impatiensq; moræ pauet. & præputia ducit:
 Scilicet expectas, ut tradat mater honestos,
 Aut alios mores, quàm quos habet? utile porrò
 Filiolam turpi uetulae producere turpem
 Nulla ferè caussa est, in qua non foemina litem
 Mouerit: accusat Manilia, si rea non est
 Componunt ipsæ per se, formantq; libellos,
 Principium, atq; locos Celso dictare paratæ,
 Endromydas Tyrias, & foemineum ceroma.
 Quis nescit, aut quis non uidit uulnera pali?
 Quem cauat assiduis sudibus, scutoq; laceßit,
 Atq; omneis implet numeros dignissima prorsus
 Florali matrona tuba: nisi si quid in illo
 Pectore plus agitat, ueræq; paratur arenæ.

Socrus &
 uxoris artes
 in miserum
 maritum.

Manilia
 scortū, quæ
 Hostilium
 Mancinum
 lapide per-
 cussit, & per
 tribunos ple-
 bis absoluta
 est.
 Cels. Corne-
 lius Celsus
 orator &
 medicus, cu-
 ius extat li-
 ber de medi-
 cina.

D 4 Quem

Turpe est
mulierem
tractare ar-
ma, omiſſis
domesticis
officijs.

μαρτυρ, ma-
rella, inquā
mingunt for-
minæ. autor
Iulius Pol-
lux.
Mulierum
malitia.

† Curruca
legunt aliī,
ut ſiris, qui
alienos libe-
ros pro ſuis
educat.

Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem,
Quæ fugit à ſexu? uires amat: hæc tamen ipſa
Vir nollet fieri. nam quantula noſtra uoluptas?
Quale decus rerum, ſi coniungis auſtio fiat
Balteus, & manica, & criſta, crurisq; ſiniſtri
Dimidium tegmen, uel ſi diuerſa mouebit
Prælia? tu felix ocreas uendente puella.
Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade, quarum
Delitias, & panniculus bombicinus urit.
Aſpice quo fremitu monſtratos perferat iſtus,
Et quanto galeæ curuetur pondere, quanta
Poplitibus ſedeat, quàm denſo fascia libro,
Et ride ſcaphium poſitis cùm ſumitur armis.
Dicite uos neptes Lepidi, cæci ue Metelli
Gurgitis, aut Fabij, quæ Ludia ſumpſerit unquam
Hos habitus? quando ad palum gemat uxor Aſyli?
~~Semper habet lites, alternaq; iurgia lectus,~~
~~In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.~~
Tunc grauis illa uiro, tunc orba tigride peior,
Cùm ſimulat gemitus occulti conſcia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat,
Vberibus ſemper lachrymis, ſemperq; paratis
In ſtatione ſua, atq; expectantibus illam,
Quò iubeat manare modò: tu credis amorem,
Tu tibi tunc † Eruca places, fletumq; labellis
Exorbes, quæ ſcripta, & quas lecture tabellas,

Si tibi

Si tibi Zelotypæ retegantur scrinia mœchæ.
 Sed iacet in serui complexibus, aut equitis: dic,
 Dic aliquem fodes, dic Quintiliane colorem.
 Heremus: dic ipsa: olim conuenerat, inquit,
 Ut faceres tu quod uelles, nec non ego possem
 Indulgere mihi: clames licet, & mare cœlo
 Confundas, homo sum. nihil est audacius illis
 Deprensis: iram atq; animos à crimine sumunt.
 Vnde hæc monstra tamen, uel quo de fonte requi- Vnde morū
 Præstabat castas humilis fortuna Latinas (ris? corruptela,
 Quondam, nec uitijs contingi parua sinebat inquit, nisi
 Tecta labor, somniq; breues, & uellere Thusco ex diuturno
 Vexatæ, duræq; manus, ac proximus urbi otio, & secū
 Hannibal, & stantes Collina in turre mariti. da fortuna?
 Nunc patimur longè pacis mala: seuior armis
 Luxuria incubuit, uictumq; ulciscitur orbem.
 Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
 Paupertas Rhomana perit, hinc fluxit ad Histros, Histri & Sy
 Et Sybaris colles: hinc & Rhodos, & Miletos, baritæ, popu
 Atq; coronatum et petulans, madidumq; Tarentū. bus addicti
 Prima peregrinos obscœna pecunia mores ^{Primum} ab his histri
 Intulit, & turpi fregerunt secula luxu ^{omnium malo} ones, ab illis
 Diuitiæ molles, quid enim Venus ebria curat? ^{vini causa} Sybariticæ
 Inguinis, & capitis quæ sint discrimina nescit. deliciæ ap-
 Grandia quæ medijs iam noctibus ostrea mordet, pellatæ.
 Cùm perfusa mero spumant unguenta falerno, *Falernum*
 D S Cùm bibis *fruyt Wylm*

bi

Tectum e-
brijs ambu-
lare uidetur
& lucernæ
præ uertigi-
ne duplices
apparere.

Σίφωνες,
fistulæ, per
quas aqua
fluit, à sono
quem uiden-
tur expri-
mere.

Μαινάδες,
Bacchæ, à fu-
rore sic dicte
ostendit au-
rem sacra
Bonæ deæ e-
que sacrile-
ga & flagi-
tiosa, ac Bac-
chanalia ip-
sa.

† Hernia,
morbus, qui
Græcis κήλη
λα et ἔντε-
ροκήλη dici-
tur autore

Corn. Cels.

Cùm bibitur concha, cùm iam uertigine tectum
Ambulat & geminis exurgit mensa lucernis.

Id nunc, & dubita qua sorbeat aëra sanna
Tullia. quid dicat notæ Collocia Mauræ,
Maura pudicitiae ueterem cùm præterit aram.

Noctibus hîc ponunt lecticas: micturiunt hîc,

Effigiemq; deæ longis siphonibus implent:

Inq; uices equitant, ac Luna teste mouentur.

Inde domos abeunt: tu calcas luce reuersa

Coniugis urinam magnos uisurus amicos.

Nota Bonæ secreta deæ, cùm tibia lumbos

Incitat, & cornu pariter, uinoq; feruntur

Attonitæ, crinemq; rotant ululante priapo

Mænades. ô quantus tunc illis mentibus ardor

Concubitus? quæ uox saltante libidine? quantus

Ille meri ueteris per crura madentia torrens?

Lenonum ancillas posita Laufella corona

Prouocat, & tollit pendentis præmia coxæ

Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat:

† Hernia, Palmam inter dominas uirtus natalibus æquat.

Nil tibi per ludum simulabitur: omnia fient

Ad uerum, quibus incendi iam frigidus æuo

Laomedontiades, & Nestoris † hernia possit.

Tunc prurigo moræ impatiens, tū foemina simplex,

Et pariter toto repetitur clamor ab amro.

Iam fas est, admitte uiros, dormitat adulter.

Illu iu

Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo:
 Si nihil est, seruis incurritur: abstuleris spem
 Seruorum, ueniet conductus aquarius: hic si
 Queritur, & desunt hoïes, mora nulla per ipsam,
 Quo minus imposito clunem summittat Afello.
 Atq; utinam ritus ueteres, & publica saltem
 His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
 Nouerunt Mauri, atq; Indi, quæ psaltria penem
 Maiorem, quàm sint duo Cæsaris Anticatones.
 Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
 Intulerit, ubi uelari pictura iubetur,
 Quæcunq; alterius sexus imitata figuram est.
 Et quis tunc hominũ contemptor numinis, aut quis
 Simpuium ridere Numæ, nigrumq; catinum?
 Et uaticano fragiles de monte patellas
 Ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
 Audio quid ueteres olim moueatis amici:
 Pone seram: cohibe: sed quis custodiet ipsos
 Custodes? cauta est, & ab illis incipit uxor.
 Iamq; eadem summis pariter, minimisq; libido,
 Nec melior, pedibus silicem quæ conterit atrum,
 Quàm quæ longorum uehitur ceruice Syrorum.
 † Ut spectet ludos, conducit Ogulnia uestem,
 Conducit comites, sellam, ceruical, amicas,
 Nutricem, & flauam, cui det mandata, puellam.
 Hæc tamen argenti superest quodcunq; paterni
 Leuibus

Anticato
 nes, libridu
 Cæsaris in
 Catonem
 Uticensem,
 in cuius lau
 des scripse
 rat Cicero li
 bellum.
 Clodi. sum
 pta mulie
 bri ueste, Pō
 peiam Cæsa
 ris uxorem,
 in sacris Bo
 næ deæ, uio
 lauit.
 † Quedam
 ita ambitio
 sæ sunt, ut cū
 sint paupe
 res, tamen
 splendida uī
 deri uelint:
 neq; habent
 rationem te
 nuitatis suæ,
 sed ita sump
 tum faciunt
 perinde ac si
 nasceretur il
 lis pecunia.

Lcuibus athleticis, ac uasa nouissima donat.
 Multis res angusta domi est, sed nulla pudorem
 Paupertatis habet: nec se metitur ad illum,
 Quem dedit hæc, posuitq; modū: tamen utile qd sit
 Prospiciunt aliquando uiri, frigusq; famemq;
 Formica tandem quidam expauere magistra.
 Prodigia non sentit pereuntem fœmina censum,
 Ac uelut exhausta rediuiuus pullulet arca
 Nummus, & è pleno semper tollatur aceruo,
 Non unquam reputant quanti sibi gaudia constant.
 Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
 Oscula delectent, & desperatio barbæ,
 Et quod abortiuo non est opus. illa uoluptas
 Summa tamē, quod iam calida, & matura iuuenta
 Inguina traduntur medicis, iam pectine nigro,
 Ergo expectatos, ac iussos crescere primum
 Testiculos, postquam cœperunt esse bilibres,
 Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus
 Conspicuis longè, cunctisq; notabilis intrat
 Balnea, nec dubiæ custodem uitis, & horti
 Prouocat à domina factus spado: dormiat ille
 Cum domina: sed tu iam durum Posthume, iamq;
 Tondendum eunucho Bromium Committere noli.
 Si gaudet cantu, nullius fibula durat
 Vocem uendentis prætoribus, organa semper
 In manibus: densi radiant testudine tota

ζυγοῦχοι, qui
 & spadones
 dicti, ab eo
 quod cubicu
 lis præsent.

Tonsoris
 damno fie-
 bant spado-
 nes, quia
 barbam nō
 producant.

Immodica
 earum uo-
 luptas ex
 musica.

Sardonyx

S A T Y R A VI. 61

Sardonyces . crisso numerantur pectine chordæ.
 Quo tener Hedymeles operam dedit , hunc tenet,
 Solatur, gratoq; indulget basia plectro. (hoc se
 + Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti
 Cum farre & uino Ianum, Vestamq; rogabat,
 An capitulinam deberet Pollio quercum
 Sperare, & fidibus promittere: quid faceret plus
 Aegrotante uiro? medicis quid tristibus erga
 Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putauit
 Pro cithara uelare caput, dictataq; uerba
 Protulit (ut mos est) & aperta palluit agna.
 Dic mihi nunc, quæso, dic antiquissime diuûm.
 Respondes his Iane pater? magna ocia cœli.
 Non est (ut uideo) non est, quid agatur apud uos
 Hæc de commœdis te consulit, illa tragœdum
 Commendare uolet: uaricosus fiet aruspex.
 Sed cæntet potius, quàm totam peruolet urbem
 Audax, & cœtus possit quàm ferre uirorum.
 Cumq; paludatis ducibus, præseme marito,
 Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis
 Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe,
 Quid Seres, quid Thraces agant, secreta nouerca,
 Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter.
 Dicet, quis uiduam prænantem fecerit, & quo
 Mense, quibus uerbis cœcumbat quæq; modis quot.
 Instantem regi Armenio, Parthoq; cometem

+ Quædam
 ex nobili fa
 milia Ianû
 rogabat, an
 Pollio citha
 rœdus, futu
 rus esset ui
 ctor in certâ
 mine Capi
 tolino.

Varic. nîmî
 um diu fran
 do uenæ in
 tumescunt,
 & in uarices
 conuertun
 tur.

Mulierum
 curiositas &
 loquacitas.

Prima

Niphates, Armenię flu-
 uius, & mōs
 eiusdem no-
 minis.

Etiam exor-
 rata sœuit
 in supplices
 ob rem leui-
 culam.

Strepitus, &
 apparatus
 dum lauant
 in balneis.

Pedibus, id
 est, seruis, q̄
 bus lappone-
 batur pessi-
 mum uinū,
 quo uomitū
 prouocabāt,
 ut esset ma-
 ior edendi
 appetitus.

Prima uidet famam rumesq; illa recentes
 Excipit ad portas: quosdam facit isse Niphatem
 In populos, magnosq; illic cuncta arua teneri
 Diluio, nutare urbes, subsidere terras
 Quocunq; in triuio: cuicumq; est obuia, narrat.
 Nec tamē id uitium magis intolerabile, quā quod
 Vicinos humiles rapere, & concidere loris
 Exorata solet: nam si latratibus alti
 Rumpuntur somni: fustes huc ocys, inquit,
 Afferte, atq; illis dominum iubet antē feriri,
 Deinde canem: grauis occurso, teterrima uultu
 Balnea nocte subit: conchas, & castra moueri
 Nocte iubet: magno gaudet sudare tumultu,
 Cū lassata graui ceciderunt brachia massa,
 Callidus & cristæ digitos impressit Aiptes,
 Ac summum domine femur exclamare coëgit.
 Conuiuæ miseri interea sumnoq; fameq;
 Urgentur: tandem illa uenit rubicundula, totum
 Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
 Admotum pedibus, de quo sestarius alter
 Ducitur ante cibum rabidam facturum orexim,
 Dum redit, & terram luto ferit intestino.
 Marmoribus riui properant, aut lata falerno
 Peluis olet: nam sic tanquam alta in dolia longus
 Deciderit serpens, bibit, & uomit, ergo maritus
 Nauseat, atq; oculis bilem substringit opertist

illa ta

Illa tamen grauior, quæ cum discumbere cœpit,
 Laudat Virgilium: perituræ ignoscit Elisæ
 Committit uates, & comparat inde Maronem,
 Atq; alia parte in trutina suspendit Homerum
 Cedunt grammatici, uincuntur rhetores, omnis
 Turba tacet: nec causidicus, nec præcoloquatur,
 Altera nec mulier: uerborum tanta cadit uis,
 Tot pariter pelues, & tintinabula dicas
 Pulsari: iam nemo tubas atq; æra fatiget:
 Vna laboranti poterit succurrere Lunæ.
 Imponit finem sapiens & rebus honestis:
 Nam quæ docta nimis cupit & facunda uideri,
 Crure tenus medio tunicas succingere debet,
 Cedere Siluano porcum, quadrante lauari.
 Non habeat matrona, tibi quæ iuncta recumbit,
 Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
 Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes;
 Sed quædam ex libris & non intelligat: odi
 Hanc, quæ repetit, uoluitq; Palæmonis artem
 Seruata semper lege, & ratione loquendi:
 Ignotosq; mihi tenet antiquaria uersus,
 Nec curanda uiris opicæ castigat amicæ
 Verba, solæcismum liceat fecisse marito.
 Nil non permittit mulier sibi: turpe putat nil,
 Cum uirides gemmas collo circumdedit, & cum
 Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Inter pocu
 la de poëtis
 disputat, ut
 Virgiliū lau
 der, qui ita
 scite causas
 necis Dido
 nis descrip
 serit, ut illi
 possit ignof
 ci, si sibi mor
 tē consciuit.

*Vado illa:
 In Virgilio, quæ sunt matu
 luna aduersus...*

Vxor nõ ni
 mium sit eru
 dita.

Palæmon,
 grāmaticus
 arrogantissī
 mus, qui se
 poëtarū ar
 bitrum, ex
 Vergiliū uer
 fu dicebat:
 Audiat hæc
 tantum, uel
 qui uenit, ec
 ce Palæmon,
 Elēch. unio
 nes fastigia
 ra lōgitudi
 ne, ut ait Plī
 nius.

Intolera

Intolerabilius nil est, quam foemina diues.

Interea foeda aspectu, ridendaq; multo

Panz tumet facies, aut pingua poppeana

Spirat, & hinc miseri uiscantur labra mariti.

Ad moechum ueniet lota cute: quando uideri

Vult formosa domi: moechis foliata parantur.

Emitur his quicquid graciles huc mittitis Indi.

Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit.

Incipit agnosci, atq; illo lacte fouetur:

Propter quod secum comites educit a fellas,

Exul Hyperboreum si dimittatur ad axem.

Sed quæ mutatis inducitur, atq; fouetur

Tot medicaminibus, coctæq; siliginis † offas

Accipit, & madidæ, facies dicetur, an ulcus?

Est operæ pretium penitus cognoscere toto

Quid faciant, agitentq; die: si nocte maritus

Auersus iacuit, perijt libraria, ponunt

Cosmetæ tunicas, tardè uenisse Liburnus

Dicitur, & poenas alicui pendere somni

Cogitur. hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,

Hic scutica: sunt quæ tortoribus annua præsent.

Verberat, atq; obiter faciem limit, audit amicos,

Aut latum pietæ uestis considerat aurum,

Et cædens longi relegit transacta diurni,

Et cædit, donec lassus cædentibus, exi

Intonat horrendum iam cognitione peracta,

Profectura

Foliata, un-
guenta ex
spicis nardi
ac folijs pre-
ciosissima.

† Offas, fru-
sta panis:
maceraticū
lacte asini
no, ad tollē-
das rugas.

Annua, si
pēdium aut
uictum uni⁹
anni: qua uo-
ce Sueroni.
in Tyberio
usus est.

Profectura domo Sicula non mitior aula.
 Nam si constituit, solitoq; decentius optat
 Ornari, & properat, iamq; expectatur in hortis,
 Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ.
 Componit crimem laceratis ipsa capillis
 Nuda humeros Psecas infelix, nudisq; mamillis.
 Altior hic quare circumcinnus? Taurea punit
 Continuo flexi crimen, facinorq; capilli.
 Quid Psecas admisit? quænam est hic culpa puellæ,
 Si tibi displicuit nasus tuus? altera læuum
 Extendit, pectitq; comas, & uoluit in orbem.
 Est in consilio matrona, admotaq; lanis
 Emerita quæ cessat acu. sententia prima
 Huius erit: post hanc ætate, atq; arte minores
 Censebunt, tanquàm famæ discrimen agatur,
 Aut animæ: tanti est querendi cura decoris.
 Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
 Aedificat caput. Andromachen à fronte uidebis,
 Post minor est: aliam credas, cedo, si breue parui
 Sortita est lateris spatium, breuiorq; uidetur
 Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis,
 Et leuis erecta consurgit ad oscula planta.
 Nulla uiri cura intereà, nec mentio fiet
 Damnorum, uiuit tanquàm uicina marito,
 Hoc solo propior, quòd amicos cõiugis odit,
 Et seruos: grauis est rationibus: ecce furentis

Sicula aula,
 quæ tyran-
 nos semper
 aluit

Andræ, stilo
 la, & ancilo
 le nomen a
 pud Ouid.
 è Diane mi
 nistris una.

Androma-
 chen, quæ
 procera à
 poëtis fingi
 tur.

Mariti ne
 meminit qui
 dem: nisi ut
 eius amicos
 odio prose-
 quatur,

E Bellone,

Ingens semiuir. antistes
 quē alij reueretur sacer-
 dotes: notat autē mulierum super-
 stitionem,
 Bellonæ, matrisq; deum chorus intrat, & ingens
 Semiuir obsceno facies reuerenda minori,
 Mollia qui rupta secuit genitalia testa,
 Iam pridem cui rauca cohors, cui tympana cedunt
 Plebeia, & Phrygia uestitur bucca tiara.
 Grande sonat, metuiq; iubet Septembris, & Austri
 Aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis,
 Et xerampelinas ueteres donauerit ipsi,
 Vt quicquid subiti, & magni discriminis instat,
 In tunicas eat, & totum semel expiet annum.
 Hybernum fracta glacie descendet in amnem.
 Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis
 Vorticibus timidum caput abluet: inde superbi
 Totum regis agrum, nuda, ac tremebunda cruentis
 Eripiet genibus. si candida iusserit Iô,
 Ibit ad Aegypti finem, calidasq; petitas
 A Meroë portabit aquas, ut spargat in aede
 Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili:
 Credit enim ipsius dominæ se uoce moneri.
 En animam, et mentē, cum qua dij nocte loquuntur.
 Ergo hic præcipuum, summumq; meretur honorē,
 Qui grege linigero circumdatus, & grege caluo
 Plangentis populi currit derisor Anubis.
 Ille petit ueniam, quoties non abstinet uxor
 Concubitu, sacris, obseruandisq; diebus,
 Magnaq; debetur uiolato pœna caduceo.
 Templū Isi-
 dis, in cāpo
 Martio,
 Anubis, sa-
 cerdos Isidis
 fuit autem
 Osiridis fili-
 us, ab Aegy-
 ptis pro
 Deo cultus.

Et mos

S A T Y R A VI. 67

Et mouisse caput uisa est argentea serpens
 Illius lachrymis, meditataq; murmura præstant,
 Ut ueniant culpæ non abnuat, ansere magno
 Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.
 Cùm dedit ille locum, cophino, scenoq; relicto,
 Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem,
 Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos
 Arboris, ac summi fida internuncia cœli.
 Implet & illa manum: sed parcius ære minuto,
 Quali acunq; uoles Iudæi somnia uendunt.
 Spondet amatorem tenerum, uel diuitis orbi
 Testamentum ingens: calidæ pulmone columbæ
 Tractato, Armenius, uel Comagenus aruspex,
 Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
 Interdum & pueri: faciet quod deferat ipse.
 Chaldæis sed maior erit fiducia: quicquid
 Dixerit astrologus, credent à † fronte relatum
 Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant,
 Et genus humanum damnat caligo futuri.
 † Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul,
 Cuius amicitia, conducendaq; tabella
 Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.
 Inde fides arti, sonuit si dextera ferro,
 Leuaq; si longo castrorum in carcere mansit.
 Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit:
 Sed qui penè perit, cui uix in Cyclada mitti

πρόπανος, αἰθρῆς
 Suidas, placenta tenuis
 & rotunda.

Iudæorum
 imposturas

Habetur quidem, inquit,
 fides Armeniis uatibus,
 sed maior Chaldæis.
 † aliàs fonte.

† Maior itē sceleratissimo cuiq; cuiusmodi fuit Seleucus astrologus, cuius consilio Galba imperator ab Othone iugulatus est.

E 2 Contigit,

Contigit, & parua tandem caruisse Scripho,
 Consulit Ictericæ lento de funere matris.

Nonnulli in parentum
 mortem inquirunt, nō
 solum maritorum, cum
 morbo laborant ancipiti.

Antè tamen de te Tanaquil tua: quando sororem
 Efferat, & patruos, an sit uicturus adulter
 Post ipsam: quid enim maius dare numina possunt?
 Hæc tamen ignorat quid sydus triste minetur
 Saturni, quò leta Venus se proferat astro,
 Qui mensis damno, quæ dentur tempora lucro.
 Illius occurfus etiam uitare memento,
 In cuius manibus ceu pingua succina tritas
 Cernis ephemeridas, quæ nullum consulit, & iam
 Consulitur, quæ castra uiro, patriamq; petente
 Non ibit pariter numeris reuocata Thrasylli.
 Ad primum lapidem uectari cum placet, hora
 Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli
 Angulus, inspecta genesi collyria poscit
 Aegra licet iaceat, capiendo nulla uidetur
 Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris,
 Si mediocris erit, spatium lustrabit utrumq;
 Metarum. & sortes ducet, frontemq; manumq;
 Præbebit uati crebrum poppysma roganti.
 Diuitibus ressonsa dabit Phryx augur, & inde
 Conductus dabit astrorum, mundiq; peritus,
 Atq; aliquis senior, qui publica fulgura condit.
 Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum.
 Quæ nudis longum ostendit ceruicibus aurum,
 Consulit

ἠφειδῶς.
 quas Latini
 diaria uocant.
 Sentit autem eas,
 quæ omnia ex
 astrorum præscripto
 faciunt.

Petosiris,
 insignis astrologus
 Plinio teste
 lib. 7.

SATYRA VI. 69

Consulit antè phalas, delphinorumq; columnas,
 An saga uendenti nubat caupone relicto:
 Hæ tamen & partus subeunt discrimen, & omneis
 Nutricis tolerant fortuna urgente labores.
 Sed iacet aurato uix ulla puerpera lecto:
 Tantùm artes huius, tantum medicamina possunt,
 Quæ steriles facit, atq; homines in uentre necãdos
 Conducit: gaude infelix, atq; ipse bibendum
 Porrige quicquid erit: nam si distendere uellet,
 Et uexare uterum pueris salientibus, esses
 Aethiopis fortasse pater: mox decolor hæres
 Impleret tabulas, nunquàm tibi mane uidendus.
 Transeo suppositos, & gaudia, uotaq; sæpè
 Ad spurcos decepta lacus, atq; inde petitos
 Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso
 Corpore laturos: stat fortuna improba noctu,
 Arridens nudis infantibus: hos fouet omneis,
 Inuoluitq; sinu: domibus tunc porrigit altis,
 Secretumq; sibi nimium parat: hos amat, his se
 Ingerit, atq; suos ridens producit alumnos.
 Hic magicos affert cantus, hic Thessala uendit
 Philtra, quibus ualeant mentem uexari mariti,
 Et solea pulsare nates: quòd decipis, inde est,
 Inde animi caligo, & magna obliuio rerum,
 Quas modò gessisti. tamen hoc tolerabile, si non
 Et furere incipias, ut auunculus ille Neronis,

Phalæ, turres æditæ &
 lignæ, ad spectandum
 erectæ.

Diuites matrone fetus
 suos pharmacis
 necant plerunq; aut sterilitatem inducunt.

Suppositos, nothos &
 supposititios, quos pro
 suis educant patres.

φίλτρα ueneficia, quibus
 amor conciliatur.

Auunculus Neronis,

E § Cui toz

Caligula imperator, qui ab uxore dato Hippomane, in furore uersus est: quo correptus, multos uarijs supplicijs affecit.

Matrum crudelitas in proprios filios.

Pontia, quæ ut adultero nuberet, duos filios ueneno sustulit: cuius me

Cui totam tremuli frontem Casonia pulli
 Insudit: quæ non faciet, quod principis uxor?
 Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
 Non aliter, quàm si fecisset Iuno maritum
 Insanum: minus ergo nocens erit Agrippinæ
 Boletus: siquidem unius præcordia pressit
 Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit
 In cœlum, & longam manantia labra saliuam.
 Hæc possit ferrum atq; ignes: hæc potio torquet,
 Hæc lacerat mistos equitum cum sanguine patres.
 Tanti partus equæ, quanti una uenefica constat.
 Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,
 Nemo uetet, iam iam priuignum occidere fas est.
 Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res,
 Custodite animas, & nulli credite mensæ.
 Liuida materno feruent adipata ueneno.
 Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa,
 Quæ peperit: timidus prægustet pocula papas,
 Fingimus hæc, altum Satyra sumente cothurnum,
 Scilicet & finem egressi, legemq; priorum:
 Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
 Montibus ignotum Rutulis, cæloq; Latino,
 Nos utinam uani: sed clamat Pontia, feci:
 Confiteor, puerisq; meis aconita parauit,
 Quæ deprensa patent: facinus tamen ipsa peregi.
 Tū ne duos una seuißima uipera cœna?

Tū ne

S A T Y R A VI. 71

Tū ne duos? septem, si septem fortè fuissent.
 Credamus Tragicis quicquid de Colchide torua
 Dicitur, & Progne. nil contra conor: & illæ
 Grandia monstra suis audebant temporibus: sed
 Non propter nummos, minor admiratio summis
 † Debetur monstris, quoties facit ira nocentem
 Hunc sexum: & rabie iecur incendente feruntur
 Præcipites, ut saxa iugis abrupta, quibus mons
 Subtrahitur, cliuq; latus pendente recedit.
 Illam ego nō tulerim, quæ cōputat, & scelus ingens
 Sana facit, spectant subeuntem fata mariti
 Alcestim, & similis si permutatio detur
 Morte uiri, cupiant animam seruare catellæ.
 Occurrent multæ tibi Belides, atq; Eriphyle:
 Manè Clytemnestram nullus non uicus habebit.
 Hoc tantum refert, quòd Tyndaris illa bipennem
 Insulsam, & fatuam læua, dextraq; tenebat.
 At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ:
 Sed tamen & ferro, si prægustaret Atrides
 Ponticæ ter uicti cautus medicamina regis.

minit Mar-
 tialis, Oma-
 ter, qua nec
 Pontia dete-
 rior.

† Minus fla-
 gitiosum, si
 iratæ quid
 designauer-
 rint, quàm
 destinato
 nimo.

Hodie, ingr,
 passim mar-
 tos necant,
 sed fere ue-
 neno: nisi an-
 tidotis mu-
 niantur.

S A T Y R A VII.

ARGUMENTVM.

Ad Telefinū Poëtam, quod nulla spes emolumenti
 sit studiosis, nisi forte ab uno Traiano Cæsare.

ET spes, & ratio studiorū in Cæsare tantum:
 Solus enim tristes hac tempestate canenas

E 4 Respexit,

Respexit, cum iam celebres, notiq; poetæ
 Balneorum Gabijs, Rhomæ conducere furnos
 Tentarent, nec fœdum alij nec turpe putarent
 Præcones fieri, cum desertis Aganippes
 Vallibus, esuriens migraret in atria Clio.
 Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca
 Ostendatur, ames nomen, uictumq; Machææ,
 Et uendas potius, commissa quod auctio uendit
 Stantibus œnophorum, tripodes, armaria, cistas,

Halcyo. Tra-
 gœdiam de
 Halcyone
 Ceycis uxo-
 re.
 Afianorum
 fidem eleuat
 & Cicc. in
 ora. pro L.
 Flacco.

Halcyonem, Bacchi Thebas, & Terea Fausti.
 Hoc satius, quam si dicas sub iudice, uidi,
 Quod non uidisti: faciant, equites Asiani
 Quanquam, & Cappadoces faciant, equitesq; Bi-
 Altera quos nudo traducit Gallia talo, (thyni,
 Nemo tamen studijs indignum ferre laborem
 Cogetur posthac, nec sit quicumq; canoris
 Eloquium uocale modis, Laurumq; momordit.
 Hoc agite, ô iuuenes: circumspicit, & stimulat uos,
 Materiamq; sibi ducis indulgentia quærit.

Ducis. Tra-
 ianum intel-
 ligit, cuius
 benignitate
 ingenia ale-
 bantur.
 Veneris ma-
 rito, Vulca-
 no. combu-
 re potius
 que scripse-

Si qua aliunde putas rerum expectanda tuarum
 Præsidia, atq; ideò crocæe membrana tabellæ
 Impletur, lignorum aliquid posce ocylus, & que
 Componis, dona Veneris, Telesine, marito,
 Aut clude, & positos tinea pertunde libellos,
 Frange miser calamos, uigilataq; prælia dele,
 Qui facis in parua sublimia carmina cella

Vt dige

Vt dignus uenias hederis, & imagine macra.
 Spes nulla ulterior : didicit iam diues avarus
 Tantum admirari, tantum laudare disertos,
 Vt pueri Iunonis auem: sed defluit ætas,
 Et pelagi patiens, & cassidis, atq; ligonis.
 Tædia tunc subeunt animos: tunc seq; suamq;
 Terpsichoren odit facunda, & nuda senectus.
 Accipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,
 Quem colis, & musarum, et Apollinis æde relicta.
 Ipse facit uersus, atq; uni cedit Homero
 Propter mille annos: at si dulcedine famæ
 Succensus recites, Maculonus commodat ædeis.
 Ac longè ferrata domus seruire iubetur,
 In qua sollicitas imitatur ianua portas
 Scit dare libertos extrema, in parte sedentes.
 Ordinis, & magnas comitum disponere uoces
 Nemo dabit regum, quanti subsellia constant,
 Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
 Quæq; raportandis posita est orchestra cathedris.
 Nos tamen hoc agimus, tenuiq; in puluere sulcos
 Ducimus, & littus tenui uersamus aratro.
 Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
 Consuetudo mali, tenet insanabile multos
 Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit:
 Sed uatem egregium, cui non sit publica uena,
 Qui nihil expositum soleat deducere, nec qui

Iunon. auē.
 περιφρασις
 pauonis, qui
 Iunoni sa-
 cer est.

Diues for-
 tasse cōmo-
 dabit ædeis
 suas recita-
 turo, sed præ-
 terea nihil

Poëte, tamen
 si suo mag-
 no malo, nō
 possunt auel-
 li à scriben-
 do, morbo
 quodam in

E S Communis

ueterato in
secti.

Consumma
tus poeta ei
se non potest,
qui pauper-
tate vexa-
tur.

Non possunt
quicquam
eximii medi-
tari poetae,
nisi Apolli-
nis & Bac-
chi furore
agitantur,
& curis ua-
cent.

Erinnys, A-
lecto, quae
Turnum ad
bellum susci-
piendum copel-
lit Aeneid.

lib. 7.
† alias albi
olos.

Diuites ha-
bent unde
alant leones:
unde poetas
alant, non
habent.

† alias, sali-
no.

Communi feriat carmen triuiale moneta,
Hunc, qualem nequeo monstrare, & sentio tantum
Anxietate carens, animus facit omnis acerbi
Impatiens, cupidus sylvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum: neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsumue potest contingere sana
Paupertas, atque aeris inops, quo nocte dieque
Corpus eget: satur est, cum dicit Horatius, ohe.
Quis locus ingenio? nisi cum se carmine solo
Vexant, & dominis Cyrrhae, Nysaeque feruntur
Pectora nostra duas non admittentia curas?
Magnae mentis opus, nec de Iodice paranda
Attonitae, currus, & equos, faciesque Deorum
Aspicere, & qualis Rutulum confundat Erinnys.
Nam si Virgilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a criminibus hydri,
Surda nihil gemeret graue buccina: poscimus, ut sit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
Cuius & † alueolos. & lenam pignerat Atreus.
Non habet infelix Numitor, quod mittat amico
Quintille quod donet, habet: nec defuit illi
Vnde emeret multa pasendum carne leonem
Iam domitum: constat leuiori belua sumptu
Nimirum, & capiunt plus intestina poetae.
Contentus fama iaceat Lucanus in hortis
Marmoreis, & Sarrano, tenuique † Saleio.

Gloria

S A T Y R A VII. 75

Gloria quantalibet: quid erit si gloria tantum est?
 Curritur ad uocem iucundam, & carmen amicæ
 Thebaidos letam fecit cum Staius urbem,
 Promisitq; diem: tanta dulcedine captos
 Afficit ille animos, tantaq; libidine uulgi
 Auditur: sed cum fregit subsellia uersu,
 Esurit intactam Paridi nisi uendat Agauen.
 Ille & militiæ multis largitur honorem:
 Semestri uatum digitos circumligat auro.
 Quod non dant proceres, dabit histrio. tu Cameri
 Et Bareas, tu nobilium magna atria curas: (nos
 Praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.
 Haud tamen inuideas uati, quem pulpita pascunt.
 Quis tibi Meccenas? quis nunc erit aut Proculeius,
 Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?
 Tunc par ingenio pretium, nunc utile multis
 Pallere, & uinum toto nescire Decembri.
 Vester porro labor foecundior historiarum
 Scriptores: petit hic plus temporis, aut olei plus:
 Nanq; oblita modi. millesima pagina surgit
 Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.
 Sic ingens rerum numerus iubet, atq; operum lex.
 Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus aperta?
 Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?
 Sed genus ignauum, quod tecto gaudet & umbra.
 Dic igitur quid causidicis ciuilia prestent

Salei, poëta
 egregi, sed
 pauperis.
 meminuit Ta
 citus.
 Staius, alio
 qui poëta
 optimus, nul
 lum habet,
 qui det quic
 quã, præter
 unum Pari
 dem histrio
 nem.

Proculeius,
 eques libera
 lissimus in
 fratres suos
 spoliatos
 bello ciuili

Acta legis
 scribæ actua
 rio.

Officiâs

Officia? & magno comites in fasce libelli?
 Ipsi magna sonant, sed tunc cum creditor audit
 Præcipue, uel si tetigit latus acrior illo,

Nomen pro debito usur paut, ut Horat. Nomina sectatur, & cætera. Qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen.
 Tunc immensa caui spirant mendacia folles,
 Conspuiturq; sinus, ueram deprendere messem
 Si libet: hinc centum potrimonia caussidicorum,
 Parte alia solum Russati pone Lacerta.

Consed. He mistichium Ouid. Meta. lib. 13. Scal. que Gemonia dicebantur, in quas rei unico trahebatur. Consedere duces: surgis tu pallidus Ajax
 Dicturus dubia pro libertate bubulco
 Iudice: rumpe miser tensum iecur, ut tibi lasso
 Fingantur uirides scalarum gloria palmae.
 Quod uocis precium? siccus petasunculus, & uas
 Pelamydum, aut ueteres Aphrorū epimenida bulbi
 Aut uinum Tyberi deuectum quinq; lagoena,
 Si quater egisti, si contigit aureus unus.
 Inde cadunt partes in foedere Pragmaticorum
 Aemilio dabitur, quantum petet: & melius nos
 Egimus: huius enim stat currus aheneus, alti
 Quadrijuges in uestibulis, atq; ipse feroci
 Bellatore sedens curuatum hastile minatur
 Eminus, & statua meditatur prælia lusca.
 Sic Pedito conturbat: Matho deficit. exitus hic est

Rhinoc. uofe ex rhinocerotis cornu. Magno Tongilli, magno cum rhinocerate lauari
 Qui solet, & uexat lutulenta balnea turba,
 Perq; forum iuuenes longo premit assere Medos
 Empturos

S A T Y R A VII. 77

Empturos pueros, argentum, myrrhina, uillas:
 Spondet enim Tyrio stalaria purpura filo.
 Et tamen hoc ipsis est utile: purpura uendit
 Caussidicum, uendunt amethystina: conuenit illis
 Et strepitu, & facie maioris uiuere census.
 Sed finem impensæ non seruat prodiga Rhoma.
 Ut redeant ueteres, Ciceroni nemo ducentos
 Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.
 Respicit hoc primùm, qui litigat an tibi serui
 Octo, decem comites, post te an sit sella, togati
 Ante pedes: ideo conducta Paulus agebat
 Sardonyce, atq; ideo pluris, quàm Cossus agebat,
 Quàm Basilus, rara in tenui facundia panno.
 Quando licet stantem Basilo producere matrem?
 Quis benedicentem Basilum ferat? accipiat te
 Gallia, uel potius nutricula caussidicorum
 Aphrica, si placuit mercedem imponere linguæ.
 Declamare doces, ô ferrea pectora Vecti,
 Cùm perimit seuos classis numerosa tyrannos.
 Nam quæcunq; sedens modo legerat, hæc eadẽ fles
 Proferet, atq; eadem cantabit uersibus iisdem:
 Occidit miseros crambe repetita magistros.
 Quis color, & quod sit causse genus, atq; ibi sume
 Questio, quæ ueniant diuersa parte sagittæ, (ma
 Scire uolunt omnes: mercedem soluere nemo.
 Mercedem appellas: quid enim scio? culpa docentis
 Scilicet

Rhetorum
 misera con-
 ditio, q ma-
 gno labore
 sed nullo fru-
 ctu, docet iu-
 uenes decla-
 mare.

Arca. Si iu-
uenis fit he-
beri & afini
no ingenio,
impuratur
præceptorī,
quod nihil
didicerit.

Bona pars,
inquit, omif-
fis frigidis
declamari
unculis, se
transferent
ad ueras
causas agē-
das, siquidē
mihi credēt.

Vberior que
stus redit ci-
tharædis, q̄
oratoribus,
qui plane ne-
gliguntur, e-
riam ab his,
qui non du-
bitant ingen-
tē sumptū fa-
cere in reb⁹
nihil ad rem
facientibus.

Scilicet arguitur, quòd læua in partæ mamillæ
Nil salit Arcadico iuueni, cuius mihi sexta
Quaq; die miserum dirus caput Hannibal implet.
Quicquid id est, de quo deliberat, an petat urbem
A Cannis. an post nimbos, & fulmina cautus
Circumagat madidas à tempestate cohortes.
Quantumuis stipulare, et protinus accipe, quod do,
Ut toties illum pater audiat: atq; alij sex
Et plures uno conclamant ore sophistæ,
Et ueras agitant lites raptore relicto.
Fusa uenena silent: malus ingratusq; maritus,
Et quæ iam ueteres sanant mortaria cæcos.
Ergò sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt
Consilia, & uitæ diuersum iter ingredietur,
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,
Summula ne pereat, qua uilis tessera uenit:
Frumenti quippe hæc merces lautissima. tenta
Chrysogonus quanti doceat, uel Pollio quanti,
Lautorum pueros artem scindens Theodori.
Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit, an ne serenum
Expectet, spargatq; luto iumenta recenti?
Hic potius: nanq; hic mundæ nitet ungula mule:
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & argentem rapiat cœnatio solem.
Quanticunq; domus, ueniet qui fercula nocte

Componit,

SATYRA VII. 79

Componit, ueniet qui pulmentaria condit.
 Hos inter sumptus sextertia Quintiliano
 Ut multum duo sufficient: res nulla minoris.
 Constabit patri, quàm filius. unde igitur tot
 Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
 Fatorum transi, felix, & pulcher, & acer,
 Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus
 Appositam nigrae lunam subtextit alutæ:
 Felix orator quoq; maximus, & iaculator:
 Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ
 Sydera te excipiant modò primos incipientem
 Aedere uagitus, & adhuc à matre rubentem.
 Si fortuna uolet, fies de rhetore consul:
 Si uolet hæc eadem, fies de consule rhetor.
 Ventidius quid enim? qd Tullius? an' ne aliud quàm
 Sydus, & occulti miranda potentia fati?
 Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos:
 Felix ille tamen, coruo quoq; rarior albo.
 Pœnituit multos uanæ, sterilisq; cathedræ,
 Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi
 Carimatis: & hunc inopem uidistis Athenæ
 Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.
 Dij maiorum umbris tenuë, & sine pondere terrâ,
 Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer,
 Qui præceptorem sancti uoluëre parentis
 Esse loco: metuens uirgæ iam grandis Achilles,

Cantabat

Quintilia-
 ni rara felio-
 citas.

Rhet. cons.
 Hoc conti-
 gisse Quin-
 tiliano, resta-
 tur Ausonia.
 Ventidius
 ex mulotri-
 ba cōsul fa-
 ctus est.

Thrasyma-
 chus & Secū-
 dus rheto-
 res, ob pre-
 cii exiguita-
 tem, à pro-
 fessione des-
 stiterunt.

Cantabat patrijs in montibus: & cui non tunc
Eliceret risum citharædi cauda magistri?

Ruffus ora
tor, qui Cice
ronem Gal
licæ cuiusdā
eloquentiæ
esse dixit.

Sed Ruffum, atq; alios cedit sua quæq; iuventus:
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.

Quis gremio Enceladi, doctiq; Palemonis affert,
Quantū grāmaticus meruit labor? et tamen ex hoc

Quodcunq; est (minus est autē quā thetoris æra)

Discipuli custos præmordet Accenitus ipse,

Et qui dispensat, frangit sibi: cede Palemon,

Et patere inde aliquid decrefcere, non aliter, quā

Institor hibernæ tegetis, niueiq; cadurci,

Dummodò non pereat, mediæ quò noctis ab hora

Carmina
tor.

Sedisti, quæ nemo faber, quæ nemo sedebat,

Qui docet obliquo lanam deducere ferro:

Ingratitudo

in præcepto

res, quos

mercede sua

defraudant

parētes disci

pulorum.

Indigna à

præceptore

exiguntur.

Dummodò non pereat totidem olfecisse lucernas,

Quot stabant pueri, cum totus decolor esset

Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.

Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni

Non egeat: sed uos sæuas imponite leges,

Vt præceptori uerborum regula constet,

Vt legat historias, autores nouerit omneis

Tanquā ungues, digitosq; suos, & fortè rogatus

Dum petit, aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat

Nutricem Anchisæ, nomen, patriamq; nouercæ

Anchemoli

alij legūt, de

quo Virgili,

Anchemeri, dicat quod Acestes uixerit annos,

Quot Siculus Phrygibus uini donauerit urnas

Exigite,

SATYRA VIII. 81

Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,
 Ut si quis cera vultum facit: exigite, ut sit
 Et pauper ipsius coetus, ne turpia ludant,
 Ne faciant uicibus: non est leue tot puerorum
 Obseruare manus, oculosq; in fine trementes.
 Hæc, inquit, cures, & cum se uerterit annus,
 Accipe uictori populus quod postulat aurum.

Anchemolū
 thalamosau
 sum incesta
 re nouerca.

SATYRA VIII.

ARGUMENTVM.

Ad Ponticum, de uera nobilitate, quæ non maior
 rû imaginibus censenda est, sed ab animi uirtutibus.

STemmata quid faciunt? quid prodest Pontice lō
 Sanguine censeri, pictosq; ostendere uultus (go
 Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?
 Et Curios iam dimidios? nasumq; minorem
 Coruini? & Galbam auriculis, nasoq; carentem?
 Quis fructus generis tabula iactare capaci
 Fumosos equitum cum dictatore magistros,
 Si coram Lepidis malè uiuitur? effigies quò
 Tot bellatorum, si luditur alea pernox?
 Ante Numantinos si dormire incipis ortus
 Luciferi, quò signa duces, & castra mouebant?
 Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
 Natus in Herculeo Fabius lare? si cupidus, si
 Vanus, & Euganea quantumuis mollior agna?

Fab. Is tan-
 tum à Fabij
 maximi pa-

F Si teneo

eris moribus
degenera
uit, ut ei a
pratore pa
ternis bonis
interdictum
sit. autor Va
lerius lib. 3.
cap. 5.
Vera nobili
tas unde pro
ficiscatur.

Vide, ne cū
Creticus au
dis, aut Ca
merinus, id
per iocum di
catur, ut Pu
milionē uo
camus At
lantem.

Rubellius
Plancus, qui
depulso Ne
rone, prop

*Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
Squalentes traducit auos? emptorq; ueneni
Frangenda miseram funestat imagine gentem?
Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ
Atria, Nobilitas sola est, atq; unica uirtus.
Paulus, uel Cossus, uel Drusus moribus esto:
Hos ante effigies maiorum pone tuorum:
Præcedant ipsas illi te consule uirgas.
Prima mihi debes animi bona: sanctus haberi,
Iustitiæq; tenax factis, dictisq; mereris:
Agnosco procerem: salue Getulice, seu tu
Syllanus, quocunq; alio de sanguine rarus
Ciuis, & egregius patriæ contingis ouanti.
Exclamare libet, populus quod clamat Osiri
Inuento: quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cuiusdam Atlanta uocamus:
Aethiopem, cygnum: paruam, extortamq; puellam,
Europen: canibus pigris, scabiesq; uetusta
Leuibus, & siccae lambentibus ora lacernæ.
Nomen erit pardus. tigris, leo, si quid adhuc est,
Quod fremit in terris uiolentius. ergo cauebis,
Et metues, ne tu sis Creticus, aut Camerinus.
His ego quem monui, tecum est mihi sermo Rubelli
Plance: tumes alto Drusorum sanguine, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses:*

Vt te

SATYRA VIII. 83

Vt te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli,
 Non quæ uentoso conducta sub aëre textit:
 Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
 Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.
 Ast ego Cecropides, uiuas, & originis huius
 Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
 Facundum inuenies: solet hic defendere causas
 Nobilis indocti: ueniet de plebe togata
 Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.
 Hic petit Eufraten iuuenis, domitiq; Bataui
 Custodes aquilas, armis industrius: at tu
 Nil nisi Cecropides, truncoq; simillimus Hermæ:
 Nullo quippe alio uincis discrimine, quàm quòd
 Illi marmoreum caput est, tua uiuit imago.
 Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
 Quis generosa putet, nisi fortia? nempè uolucram
 Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
 Feruet, & exultat rauco uictoria circo:
 Nobilis hic, quocunq; uenit de gramine, cuius
 Clara fuga ante alios, & primus in æquore puluis.
 Sed uenale pecus Coritha, posteritas &
 Hirpini, si rara iugo uictoria sedit.
 Nil ibi maiorum respectus: gratia nulla
 Umbrarum: dominos pretijs mutare iubentur
 Exiguus, tritoq; trahunt epiredia collo
 Segnipedes, digniq; molam uersare Nepotis.

F 2 Ergò

pter generis
 claritatem,
 successor o
 mnium ore
 petebatur:
 autor Tacit
 us in Nero
 ne.

Maior in
 plebeis non
 nunquam
 industria,
 quam in tor
 quatis qui
 busdam fru
 pidissimis.

Vt equus ge
 nerosus ap
 pellatur, qui
 cæteros ex
 cellit cursu,
 undicunq;
 natus sit: ita
 qui animi
 bonis cæte
 ros prestat.
 Nepos, moli
 toris nomē,

cuius memi-
nit Martia-
lis.

Ergo ut miremur te, non tua, primum aliquid da,
Quod possim titulis incidere præter honores:
Quos illis damus, et dedimus, quibus omnia debes.
Hæc satis ad iuuenem, quem nobis fama superbum
Tradit, & inflatum, plenumq; Nerone propinquo.

Raro fit, ut
non insigni-
ter desipiãt,
quui opibus
innati sunt.

Rarus enim ferme sensus communis illa
Fortuna: sed te censerì laude tuorum
Pontice uoluerim, sic ut nihil ipse future
Laudis agas: miserum est aliorum incumbere fame,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes uiduas desiderat ulmos.
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambigæ si quando citabere testis,

Non comit-
tas, ut in ali
cuius grati-
am periurus
sis, etiam si
pereundum
esset.

Incertæq; rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet periuria tauro.
Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et propter uitam uiuendi perdere causas.
Dignus morte perit, coenet licet ostrea centum
Gaurana, & Cosmi toto mergatur aheno.
Expectata diu tandem prouincia, cum te
Rectorem accipiet, pone iræ fræna, modumq;
Pone & auaritiæ, miserere inopum sociorum:
Ossa uides regum uacuis exhausta medullis.
Respice quid moneant leges, quid curia mandet:

Capito Cos-
tutianus, dâ

Premia quanta bonos mancant, quàm fulmine iusto
Et Capito, & tutor ruerint damnante senatu

Piratæ

Piratæ Cilicum, sed quid damnatio confert,
 Cùm Pansa eripiat, quicquid tibi Natta reliquit?
 Preconem Cherippe tuis circumspice pannis,
 Iamq; tace: furor est post omnia perdere naulum.
 Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par
 Damnorum socijs florentibus & modò uictis:
 Plena domus tunc omnis, & ingens stabat aceruus
 Nummorum, Spartana chlamys, conchilia Coa.
 Et cum Parrhasij tabulis, signisq; Myronis
 Phidiacum uiuebat ebur, nec non Polycleti
 Multus ubiq; labor, raræ sine Mentore mensæ.
 Inde Dolabella est, atq; hinc Antonius, inde
 Sacrilegus Verres referebant nauibus altis
 Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
 Nunc socijs iuga pauca boũ, et grex paruus equa
 Et pater armenti capto eripietur agello: (rum,
 Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,
 Si quis in ædícula deus unicus: hæc etenim sunt
 Pro summis: nam sunt hæc maxima, despicias tu
 Forsitan imbelles Rhodios, unctamq; Corinthum.
 Despicias meritò: quid enim resinata iuuentus,
 Cruraq; totius facient tibi leuia gentis?
 Horrida uitanda est Hispania, Gallicus axis,
 Illyricumq; latus: parce & messoribus illis,
 Qui saturant urbem, circo, scenæq; uacantem.
 Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,

natus fuit re
 petundarũ,
 quod Ciliciã
 prouinciam
 spoliasset,

Olim pro-
 uinciæ florẽ
 tiores erãt,
 quàm nunc
 à prætorib⁹
 sic exhau-
 stæ.

Nunc nõ so-
 lū preciosa,
 sed uilissima
 quæq; furan-
 tur, & mise-
 ros prouin-
 ciales spoli-
 ant: quan-
 quam non
 ita tutum sit
 Hispanos cõ-
 pilare, atq;
 Græcos im-
 belles, & uo-
 luptatibus
 deditos.

F § Cùm

Marius ita
Africam ex
hausit, ut nō
sit quod tol-
latur am-
plius.

ἡμερονομία
intonfus,
quales erant
Rhomani
in delitijs pu-
eri.

Pico, rege
Aboriginū.

Si uiolentus
es & crude-
lis, non mo-
do non pro-
derit tibi no-
bilitas, sed
oberit etiā.

Cūm tenues nuper Marius discinxerit Aphros?

Curandum in primis, ne magna iniuria fiat

Fortibus, & miseris: tollas licet omne quod usquā

Auri atq; argenti, scutū gladiumq; relinques, (est

Et iacula & galeam: spoliatis arma supersunt.

Quod modò proposui non est sententia: uerū

Credite me uobis folium recitare Sibyllæ.

Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal

Vendit acerse comes, si nullum in coniuge crimen,

Nec per conuentus, nec cuncta per oppida curuis

Vnguibus ire parat nummos raptura Celenò:

Tunc licet à Pico numeres genus: altaq; si te

Nomina delectant, omnem Titanida pugnam

Inter maiores ipsumq; Promethæa ponas:

De quocunq; uoles proauum tibi sumito libro.

Quò si præcipitem rapit ambitus, atq; libido,

Si frangis uirgas sociorum in sanguine, si te

Delectant hebetes lasso lictore secures,

Incipit ipsorum contra te stare parentum

Nobilitas, claramq; facem præferre pudendis.

Omne animi uitium tantò conspectius in se

Crimen habet, quantò maior, qui peccat, habetur.

Quò mihi te solitum falsas signare tabellas

In templis quæ fecit auus? statuamq; parentis

Ante triumphalem? quo? si nocturnus adulter

Tempora Santonico uelas adoperta cucullo?

Præter

Præter maiorum cineres, atq; ossa, uolucris
 Carpentis rapitur pinguis Damasippus & ipse.
 Ipse rotam stringit multo sufflamine consul:
 Nocte quidem, sed Luna uidet. sed sidera testes
 Intendunt oculos, finitum tempus honoris
 Cùm fuerit, clara Damasippus luce flagellum
 Sumet, & occursum nusquam trepidabit amici
 Iam senis, ac uirga prior innuet, atq; maniplos
 Soluet, & infundet iumentis hordea lassis.
 Intercà dum lanatas, toruumq; iuuentum
 More numæ cedit Iouis ante altaria, iurat
 Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.
 Sed cùm peruigiles placet instaurare popinas,
 Obuius assiduo Syrophœnix udus amomo,
 Currit: Idumæ Syrophœnix incola portæ
 Hospitis affectu dominum, regemq; salutat,
 Et cum uenali Cyane succincta lagœna.
 Defensor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
 Hæc iuuenes: esto: desisti nempe, nec ultra
 Fouisti errorem: breue sit quod turpiter audes.
 Quædam cum prima rescentur crimina barba:
 Indulge ueniam pueris. Damasippus ad illos
 Themarum calices, inscriptaq; lintea uadit,
 Maturus bello Armeniæ, Syriæq; tuendis
 Annibus, & Rheno, atq; Istro præstare Neronem
 Securum ualet hæc ætas. mitte hostia Cæsar,

Damasip.
 Neronem la-
 renter per-
 stringit,
 qui fuit
 aurigandi
 studiosissi-
 mus, ut scri-
 bit Sueton.

Hip. agaso-
 num deam,
 summi auri-
 gationi dedi-
 tum uult os-
 tendere.

Non pudet
 nobiles, & iã
 grandes, in
 ebriosorum
 compositio-
 nes ingredi.

F 4 Mitte,

Mitte, sed in magna legatum quære popina:
 Inuenies aliquo eum percussore iacentem,
 Permistum nautis, aut furibus, aut fugitiuis
 Inter carnifices, & fabros + sandapilarum
 Et resupinati cessantia tympana Galli:
 Aequa ubi libertas, communia pocula, lectus
 Non alius cuiquàm, nec mensa remotior ulli.
 Quid facias talem fortitus Pontice seruum?
 Nempe in Lucanos, aut Thusca ergastula mittas.
 At uos Troiugena uobis ignoscitis, & quæ
 Turpia cerdoni, Volesos, Brutosq; deccebunt.
 Quid, si nunquàm adeò foedis, adeoq; pudendis
 Vtimur exemplis, ut non peiora supersint?
 Consumptis opibus uocem Damasippe locasti
 Suppario, clamorom ageres ut phasma Catulli.
 Laureolū, Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit,
 Iudice me, dignus uera cruce: nec tamen ipsi
 Ignoscas populo: populi frons durior huius
 Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum.
 Plampedes audit Fabios, ridere potest qui
 Mamercorum alapas. quanti sua funera uendant,
 Quid refert? uendunt nullo cogente Nerone,
 Nec dubitant ceisi prætoris uendere ludis.
 Finge tamen gladios inde, atq; hinc pulpita pone:
 Quid satius mortem si quisquàm exhorruit, ut sit
 Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?

Res

+ Sandapi-
 la, qua ple-
 betorum &
 damnatorū
 cadauera
 efferebātur.

χλευασμός id
 est, irrisio:

Laureolū,
 fabulam Ne-
 uij de Laure-
 olo, in crucē
 sublato.
 Scurrile esse
 in cœna sal-
 tare, maxi-
 me si magn⁹
 es, & à nemi-
 ne cogeris.

Non mirū si
 mores ciuiū
 sint corrup-
 ti, cum prin-

Res haud mira tamen, citharædo principe natus
 Nobilis: hæc ultra quid erit, nisi ludus? & illic
 Dedecus urbis habes, nec mirmillonis in armis,
 Nec clypeo Gracchum pugnantē, aut falce supina.
 Damnat enim tales habitus, & damnat & odit,
 Nec galea frontem abscondit: mouet ecce tridentē,
 Postquam uibrata pendentia retia dextra
 Nequicquam effudit, nudum ad spectacula uultum
 Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.
 Credamus tunicæ de faucibus aurea cum se
 Porrigat, & longo iactetur spira galero.
 Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
 Vulnere, cum Graccho iussus pugnare secutor.
 Libera si dentur populo suffragia, quis tam
 Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni,
 Cuius supplicio non debuit una parari
 Simeæ, nec serpens unus, nec culeus unus?
 Par Agamemnonidæ crimen, sed caussa facit rem
 Dissimilem: quippe ille deis autoribus ultor
 Patris erat cæsi media inter pocula: sed nec
 Electræ iugulo se polluit, aut Spartani
 Sanguine coniugij: nullis aconita propinquis
 Miscuit: in scena nunquam cantauit Orestes:
 Troïca non scripsit. quid enim Virginius armis
 Debuit ulcisci magis, aut cum uindice Galba?
 Quid Nero tam seua, crudaq; tyrannide fecit?

ceps fit cor-
 ruptissimus:
 unde nō pu-
 det optima
 tespalā in a-
 renam sese
 demittere,
 quod infami
 um hominū
 est.

Parricidii
 Neronis,
 multo quā
 id quod pa-
 trauit Ore-
 stes crude-
 lius.

Virgini^o Ru-
 fus, iudex
 uindex, &
 Galba, exer-

F S Hæc

citius duces,
descriuerunt
à Nerone.
Non esse no-
biles, qui ex
generosis na-
ti, impie a-
gant.

Cicero, quā-
uis illis uide-
retur obscu-
rior, pl^o pro-
fuit reipub.
& reporta-
uit tantum
gloriæ, quā-
tum Cæsar
Augustus.

Marius, &
ipse Arpi-
nas, humili
loco natus,
fortissime se-
gessit pro
liberrare pa-
triæ, iam in

Hæc opera, atq; hæ sunt generosi principis artes,
Gaudentis fædo peregrina ad pulpita saltu
Prostitui, Graiæq; apium meruisse coronæ.
Maiorum effigies habeant insignia uocis:
Ante pedes domiti longum tu pone Thyestæ
Syrma, uel Antigones seu personam Menalippes,
Et de marmoreo citharam suspende Colosso.
Quis Catilina tuis natalibus, atq; Cethegi
Inueniet quicquàm sublimius? arma tamen uos
Nocturna, & flammæ domibus, templisq; parastis,
Ut Braccatorum pueri, Senonumq; minores
Ausu, quòd liceat tunica punire molesta.
Sed uigilat consul, uexillaq; uestra coercent.
Hic nouus Arpinâs ignobilis, & modò Rhomæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubiq;
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis, & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octauius abstulit udo
Cædibus assiduis gladio: sed Rhoma parentem
Rhoma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Arpinâs alius Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro:
Nodosam post hæc frangebatur uertice uitem,
Si lentus pigra muniret castra delabra.
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum

Excipit

S A T Y R A V I I I. 91

Excipit, & solus trepidantem protegit urbem.
 Atq; idè postquam ad Cimbros, stragèq; uolabant.
 Qui nunquam attigerant maiora cadauera corui,
 Nobilis ornatur lauro collega secunda.
 Plebeia Deciorum animæ plebeia fuerunt
 Nomina, pro totis legionibus: hi tamen & pro
 Omnibus auxilijs, atq; omni plebe Latina,
 Sufficiunt dijs infernis, terræq; parenti.
 Pluris enim Decij, quàm qui seruantur ab illis.
 Ancilla natus trabeam, & diadema Quirini,
 Et fasces meruit regum ultimus ille bonorum.
 Proditæ laxabant portarum claustra tyrannis
 Exulibus iuuenes ipsius consulis, & quos
 Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
 Quod miraretur cum Cacilite Mutius, & quæ
 Imperij fines Tyberinum uirgo natauit.
 Occulta ad patres produxit crimina seruus
 Matronis lugendus: at illos uerbera iustis
 Afficiunt poenis, & legum prima securis.
 Malo pater tibi sit Thersites, dummodò tu sis
 Aeacidae similis, Vulcaniaq; arma capeffas,
 Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.
 Et tamen ut longè repetas, longèq; reuoluas
 Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
 Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum,
 Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

summo perĩ
culo consti-
tutæ.

Deciorum
uirtus.

Reg. ultim^o
Seruius Tul-
lius uir ig-
nobilis, oĩm
consensu ob
uirtutē rex
declaratus.

Crimina ser-
uus Vindex
Cecinensis,
qui iuuenū
coniuratio-
nem detexit
quam tra-
ctauerant in
domo Aquil-
liorum, de re
ducendis re-
gibus.

Saty^o

Ad Neuolum quendam qui cinædis operam præstabat, sed nullo fere quæstu: unde sub eius persona, sui temporis fœditatem & auaritiam insectatur.

Sicire uelim quare toties mihi, Neuole, tristis
 Occurras fronte obducta, ceu Marsya uictus.
 Quid tibi cum uultu, qualem depensus habebat
 Rauola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
 Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo
 Non erat hac facie miserabilior Crepercus
 Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus
 Circuit, & fatuos non inuenit. unde repente
 Tot rugæ? certè modico contentus agebas
 Vernam equitem, conuiuia ioco mordente facetus,
 Et salibus uehemens intra pomeria natis.

Visco, cū re-
 sina & cera,
 facies nitidi-
 or reddeba-
 tur.

Omnia nunc contrà: uultus grauis, horrida sicca
 Sylua comæ: nullus tota nitor in cute, qualem
 Præstabit calidi circumdita fascia uisci,
 Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura.
 Quid macies ægri ueteris, quem tempore longo
 Torret quarta dies, olimq; domestica febris?
 Deprendas animi tormenta latentis in agro
 Corpore: deprendas & gaudia: sumit utrunq;
 Inde habitum facies: igitur flexisse uideris
 Propositum, & uitæ contrarius ire priori.

Nuper

S A T Y R A IX. 93

Nuper enim (ut repeto) fanum Isidis, et Ganymedē
 Pacis, & aduectæ secreta palatia matris,
 Et Cererem (nam quo nō prostat foemina templo?)
 Notior Ausidio moechus celebrare solebas,
 (Quod taceo) atq; ipsos etiam inclinare maritos.
 Utile & hoc multis uitæ genus, at mihi nullum
 Inde operæ pretium: pingueis aliquando lacernas,
 Munimenta togæ, duri crassiq; coloris,
 Et malè percussas textoris pectine galli
 Accipimus, tenue argentum, uenæq; secundæ.
 Fata regunt homines: fatum est in partibus illis
 Quas sinus abscondit: nam si tibi sydera cessant,
 Nil faciet longi mensura incognita nerui:
 Quamuis te nudum spumanti Virro labello
 Viderit, & blandè assidue, densæq; tabellæ
 Sollicitent. ἡὲρ γὰρ γλυκεῖον ἄνδρα κίναϊδον.
 Quod tamen ulterius monstrū, quàm mollis auarus?
 Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tulisti.
 Computat, & ceuet, ponatur calculus, adsint
 Cum tabula pueri, numerata sestertia quinque;
 Omnibus in rebus, numerentur deinde labores,
 An facile & pronum est agere intra uiscera penè
 Legitimum. atq; illic externæ occurrere cœnæ?
 Seruus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
 Quàm dominum, sed tu sanè tener, & puerum te,
 Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloq; putabas.

Vos huius

Aduectæ.
 mat. Cybeles
 templū,
 quod extru-
 ctum erat
 in palatio.

Venæ sec. mi-
 nus purū, ac
 per hoc uili-
 us, ut secun-
 darium pa-
 nē dicimus.

Uterius, pē-
 ius, quasi ul-
 tra quod nō
 sit deterius.

Affecclæ. mi-
nistro, ab af-
sequendo.

Calen. Mar-
tius, quibus
mulieribus
munera mit-
tebantur.

Suspect. qd
imminet ci-
uitati. Mis-
senum uide-
tur innuere
promonto-
rium.

Odyssæ li-
bro nono.

Cicadas,
æstatem: nã
estate potif-
simum ca-
nunt.

Vos humili affecclæ, uos indulgebitis unquam
Cultori, iam nec morbo donare parati?
En cui tu uiridem umbellam, cui succina mittas
Grandia, natalis quoties redit, aut madidum uer
Incipit, & strata positus, longaq; cathedra
Munera foemineis tractas secreta calendis,
Dic passer, cui tot montes, tot prædia seruas
Appula, tot miluos intra tua pascua lassos?
Te Trifolinus ager foecundus uitibus implet,
Suspectumq; iugum Cumis, & Gaurus inanis:
Nam quis plura limit uicturo dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Iugeribus paucis? melius ne hic rusticus infans
Cum matre, & casulis, & cum lusore Catello
Cymbala pulsantis legatus fiet amici?
Improbus es, cum poscis, ait, sed pensio clamat,
Posce sed appellat puer unicus, ut Polyphœmi
Lata acies, per quam solers euasit Vlysses.
Alter emendus erit: nanq; hic non sufficit: ambo
Pascendi. quid agam bruma spirante? quid oro?
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus? durate, atq; expectate cicadas?
Verum ut dissimules, ut mittas cætera, quanto
Metiris precio, quod ni tibi deditus essem,
Deuotusq; cliens, uxor tua uirgo maneret?
Scis certè quibus ista modis, quam sæpè rogaris

Et quæ

Et quæ pollicitus: fugientem sæpè puellam
 Amplexu rapui: tabulas quoq; ruperat, & iam
 Signabat: tota uix hæc ego nocte redemi
 Te plorante foris: testis mihi lectulus, & tu,
 Ad quem peruenit lecti sonus, & dominæ uox.
 Instabile, ac dirimi cœptum, & iam penè solutum
 Coniugium in multis domibus seruauit adulter.
 Quò te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
 Nullum ergò meritū est ingratae, ac perfide, nullū,
 Quòd tibi filiulus, uel filia nascitur ex me?
 Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
 Argumenta uiri: foribus suspende coronas,
 Iam pater es: dedimus quod famæ opponere possis.
 Iura parentis habes, propter me scriberis hæres,
 Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
 Commoda præterea iunguntur multa caducis,
 Si numerum, si tres impleuero, iusta doloris
 Ne uole caussa tui: contra tamen ille quid affert?
 Negligit, atq; alium bipedem sibi quærit asellum
 Hæc soli commissæ tibi celare memento,
 Et tacitus nostras intra te fige querelas:
 Nam res mortifera est inimicus pumice leuis.
 Qui modò secretum commiserat, ardet, & odit,
 Tanquàm prodiderim quicquid scio: sumere ferrū
 Fuste operire caput, candelam apponere ualuis
 Non dubitat: nec contempnas, aut despicias, quòd

Tabul. rup.
 quibus con-
 tractum e-
 rat matri-
 monium, &
 alias cū alio
 marito para-
 bat.

Acta, libri,
 in quibus iu-
 berorum no-
 mina scribe-
 bant paren-
 tes, qui pube-
 lice & priu-
 tim asserua-
 bantur.
 Si tres, Nā
 qui in urbe
 tres liberos
 suscepissent,
 immunitate
 donabatur.

Leuis pum,
 mollis &
 effœminat-
 tus,

His

His opibus nunquam cara est annona ueneni.

Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.

Hemistichium
carminis
Vergiliani.

O Corydon Corydon, secretum diuitis ullum

Esse putas? serui ut taceant, iumenta loquentur,

Et canis, et postes, et marmora: claude fenestras,

Vela tegant rimas, iunge hostia, tollito lumen

E medio, clamant omnes, propè nemo recumbat.

Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,

Proxime ante diem caupo sciet, audiet et quæ

Finxerunt pariter libarius, archimagiri

Carptores: quod enim dubitant componere crimen

In dominos? quoties rumoribus ulciscuntur

Bathea Iora,
quibus sæpe
cæsi sunt.

Bathea? nec deerit qui te per compita quærat

Nolentem, et miseram uinosus inebriet aurem.

Illos ergo roges quicquid pauloantè petebas

A nobis, taceant illi, sed prodere malunt

Arcanum, quàm subrepti potare ualerni,

Faciens, sacrificans
Bonæ deæ: sic
Vergil. Cui
faciã uitula.

Pro populo faciens quantum Laufella bibebat.

Viuentum rectè cum propter plurima, tum his

Precipue causis, ut linguas mancipiorum

Contemnas: nam lingua mali pars pessima serui.

Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis

Quorum animas et farre suo custodit, et ære,

Idcirco, ut possim linguam contemnere serui,

Vtile consilium modò, sed commune dedisti.

Nunc mihi quid suades post damnũ temporis et spes

Deceptas?

S A T Y R A IX. 97

Deceptas? festinat enim decurrere uelox
 Flosculus angustæ, miser æq; breuissima uitæ
 Portio, dum bibimus, dum ferta, unguenta, puellas
 Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
 Ne trepida, nunquam paticus tibi deerit amicus
 Stantibus, & saluis his collibus: undiq; ad illos
 Conueniunt & carpentis, & nauibus omnes,
 Qui digito scalpunt uno caput: altera maior
 Spes superest, tu tantum crucis imprime dentem.
 Hæc exempla para felicibus: at mea Cloto
 Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine uenter.
 O' parui, nostriq; lares, quos thure minuto,
 Aut farre, & tenui soleo exornare corona,
 Quando ego figã aliquid, quo sit mihi tuta senectus
 A tegete, & baculo? uiginti millia fœnus
 Pignoribus positis, argenti uascula puri,
 Sed quæ fabricius censor notet, & duo fortes
 De grege Mœsorum, qui me ceruice locata
 Securum iubeant clamoso insistere circo.
 Sit mihi præterea curuus cælator, & alter,
 Qui multas facies pingat citò, sufficient hæc.
 Quando ego pauper ero, uotũ miserabile, nec spes
 His saltem: nam cum pro me fortuna rogatur,
 Affigit ceras illa de naue petitas,
 Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

Vitæ breuitas.

Qui digito.
 Hemistichium
 uersus Cal-
 uii poëtæ de
 Pompeio,
 qui hoc uer-
 su, ut mollẽ
 & paticum
 perstuingit.

Mœssa, re-
 gio Panno-
 niæ finitima
 unde mitte-
 bantur robu-
 stissimi ser-
 uis

S A T Y R A X.

G Argumeno

ARGUMENTVM.

Insectatur stulta hominum uota, qui uitis excecata, nesciant quid optent: à dijs autem nihil esse petendum colligit, quam sana mens, & sensuum integritas.

OMnibus in terris, quæ sunt à Gadibus usq; Aurorã, et Gangen, pauci diuoscere possunt Vera bona, atq; illis multum diuersa, remota Erroris nebula: quid enim ratione timemus, Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat, uoti q; peracti? Euertere domos totas optantibus ipsis Dij faciles: nocitura toga, nocitura petuntur Militia, & torrens dicendi copia: multis Et sua mortifera est facundia. uiribus ille Confusus perijt, admirandis q; lacertis. Sed plures nimia congesta pecunia cura Strangulat, & cuncta exuperas patrimonia censeo Quanto delphinis balena Britanica maior. (Sus, Temporibus diris igitur, iussu q; Neronis

Cassius Longinus, Seneca, & Plautus Lateranus propter diuitias à Nerone ad necem compulsi sunt.

Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædeis Tota cohors: rarus uenit in coenacula miles. Pauca licet portes argenti uascula puri, Nocte iter ingressus gladium, contumq; timebis, Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.

Cantabit

Cantabit uacuuus coram latrone uiator.
 Prima ferè uota, & cunctis notissima templis,
 Diuitiæ ut crescant, ut opes, ut maxima toto
 Nostra sit arca foro: sed nulla aconita bibuntur
 Fictilibus: tunc illa time, cum pocula sumes
 Gemmata, & lato setinum ardebit in auro.
 Iam'ne igitur laudas, quòd de sapientibus alter
 Ridebat, quoties à limine mouerat unum,
 Protuleratq; pedem, flebat contrarius alter?
 Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni.
 Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor.
 Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
 Democritus, quanquam non esset urbibus illis
 Prætexta, & trabeæ, fasces, lectica, tribunal.
 Quid si uidisset prætorem in curribus altis
 Extantem, & medio sublimem in puluere circi,
 In tunica Iouis, & pictæ sarrana ferentem
 Ex humeris aulea togæ, magnæq; coronæ.
 Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit ulla?
 Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi consul
 Non placeat, curru seruus portatur eodem.
 Da nunc & uolucrem, sceptro qui surgit eburno:
 Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
 Agminis officia, & niueos ad fræna Quirites,
 De fossa in culis, quos sportula fecit amicos.
 Tunc quoq; materiam risus inuenit ad omneis

† Sap. Democritus, qui ob id γελᾶσθιν dictus est. Alter Heraclitus scilicet.

Tunica Iouis, triumphali ueste, quam ex templo Iouis sumptam induebant, ut indicat Liuius libro 10. ab urbe con.

G 2 Occur



ca
ne
as.
;
nt
te
ne
us,
s
is
is,
m.
abit

Democritus
exēplo est,
bonos uiros
ubiq; posse
nasci, ut qui
in Thracia
barbarissi-
ma regione
natus sit.

† Exemplo
Seiani, osten-
dit nimiam
potentiam
multis esse
exitio: nam
ille sub Ty-
berio, eo ho-
norum eue-
ctus est, ut
eius natali
publice cele-
braretur, &
illi aureæ sta-
tuæ peneren-
tur, impera-
torisque in

Occursus hominum, cuius prudentia monstrat
Summos posse uiros, & magna exempla duros
Veruecum in patria, crassoq; sub aëre nasci.
Ridebat curas, necnon & gaudia vulgi,
Interdum & lachrymas, cum fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem,
Ergo superuacua, aut pernitiōsa petuntur,
Propter quæ fas est genua incærare deorum.
Quosdam præcipitat subiecta potentia magnæ
Inuidiæ, mergit longa, atq; insignis honorum
Pagina, descendunt statuæ, restemq; sequuntur.
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis,
Iam stridunt ignes, iam follibus atq; caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
† Seianus, deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt urceoli, pelues, sartago, patelle.
Pone domi lauros, duc in capitolia magnum,
Cretatumq; bouem, Seianus ducitur unco
Spectandus: gaudent omnes: quæ labra? quis illi
Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amaui
Hunc hominē: sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus iudicijs? quo teste probauit?
Nil horum, uerboſo & grandis epistola uenit
A capreis: bene habet, nil plus interrogo: sed quid
Turba tremēs? sequitur fortunā, ut semper, et odit

Damno



Damnatos: idem populus, si Nortia Thusco
 Fauisset, si oppressa foret secura senectus
 Principis, hac ipsa Seianum diceret hora
 Augustum, iam pridem, ex quo suffragia nulli
 Vendimus, effugit curas. nam qui dabat olim
 Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
 Continet atq; duas tantum res anxius optat
 Pana, & Circenses, perituros audio multos:
 Nil dubium. magna est fornacula: pallidulus mi
 Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.
 Quam timeo uictus ne poenas exigat Ajax,
 Ut male defensus? curramus precipites, &
 Dum iacet in ripa, calcemus Caesaris hostem.
 Sed uideant serui ne quis neget, & pavidum in ius
 Ceruice astricta dominum trahat: hi sermones
 Tunc de Seiano, secreta hac murmura uulgi.
 Vis' ne salutari sicut Seianus? habere
 Tantundem? atq; illi sellas donare curules?
 Illum exercitibus preponere? tutor haberi
 Principis, angusta caprearum in rupe sedentis
 Cum grege † Chaldeo? uis certe pila, cohortes,
 Egregios equites, & castra domestica? quid ni
 Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
 Posse uolunt. sed quæ præclara, & prospera tanti,
 Ut rebus letis par sit mensura malorum?
 Huius qui trahitur prætextam sumere mauis?

cōsulatu col
 lega fietet, à
 quo tādē,
 ut fur per li
 teras inter
 fici, & unco
 trahi iussus
 est.

Ajax. hoc
 est, periculū
 est, ne multū
 sibi inferant
 manus, dum
 citati ad
 causam dis
 cendam, des
 perant de sa
 lute utpote,
 male sibi
 conscij.

† Chal. Tra
 syllo, mathe
 matico Chal
 dæo uteba
 tur in pri
 mis Vyberio
 us.

Aedilis: qui
magistratus
minimi erāt
annonæ, mē
suris, & id
genus præ
fecti.

An Fidenarum, Gabiorumq; esse potestas?
Et de mensura ius dicere? uasa minora
Frangere pannosus uacuis ædilis Vlubris?
Ergò quid optandum foret, ignorasse fateris
Seianum. nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus & impulsæ præceps immane ruinae.
Quid Crassos? quid Pompeios euertit? & illum,
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?
Summus nempe locus nulla non arte petitus,
Magnaq; numinibus uota exaudita malignis.

**Gen. Cere-
ris Plutonē.**

Ad generum Cæceris siue cæde & uulnere pauci
Descedunt reges, & sicca morte tyranni.

**Pueri quin-
quatribus
precantur à
Minerua elo-
quentiam,
cum plerūq;
sit pernitio-
sa.**

Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat,
Quisquis adhuc uno partem colit asse Mineruam,
Quem sequitur custos angustæ uernula capse,
Eloquio sed uterq; perit orator, utrunq;
Largus & exundans læto dedit ingenij fons:
Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec unquam
Sanguine caussidici maduerunt rostra pusilli.

**† O fortu.
carmen, qd
Cicero ceci-
nit, coniura-
tione Catili-
næ oppressa.**

† O fortunatam natam me consule Rhomam,
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset: ridenda poëmata malo,
Quàm te conspicuæ diuina Philippica fame,

Volueris

Volueris à prima quæ proxima: sæuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem fræna theatri.

Dijs ille aduersis genitus, fatoq; sinistro,
Quem pater ardentis massæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosq; parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit.

Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, uictæq; triremis

Aplustre, & summo tristis captiuus in arcu,
Humanis maiora bonis creduntur: ad hæc se
Rhomani, Graiusq; ac barbarus induperator
Erexit: causas discriminis, atq; laboris

Inde habui: tantò maior famæ sitis est, quàm
Virtutis: quis enim uirtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, tituliq; cupido

Hæsuri saxi cinerum custodibus, ad quæ
Discutienda ualent sterilis mala robora ficus,
Quandoquidẽ data sunt ipsis quoq; fata sepulchris

Expende Hannibalem. quot libras in duce summo
Inuenies? hic est, quem non capit Aphrica Mauro
Perfusa oceano, Niloq; admota tepenti.

Rursus ad Aethiopũ populos, aliosq; Elephantos,
Additur imperijs Hispania, Pyrenæum

G 4 Transilit,

Demosthe-
nes μαχαίρα
ποιοῦ filius,
hausto uene-
no perijt.

Laudẽ quæ-
rere ex re
bellica, labo-
ris & calamĩ-
tatis plenũ.

Ster. ficus,
caprificus,
quæ ex mu-
ris erumpēs,
saxa discu-
tit. Hanniba-
lis insatia-
bilis imperã-
di cupiditas,
sed misera-
bilis exitus.

Transilit, opposuit natura alpemq; niuemq;
 Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
 Iam tenet Italiam, tamen ultra pergere tendit,
 Actum inquit, nihil est, ni Poeno milite portas
 Frangimus, & media vexillum pono Suburra.

O qualis facies, & quali digna tabella,

Luscū. nam
 fuit altero
 oculo captus,
 in Apenni
 transitu.

Bithyno, re-
 gi Prusie, ad
 quem confu-
 gerat.

Pel. iuue.
 Alexandro
 Macedoni,
 qui cum infi-
 nitos esse
 mundos au-
 diret, Me mi-
 serum, inqt,
 qui ne unū
 quidem ad-
 huc conse-
 quutus sum.

Medo præd.

Cum Getūla ducem portare: belua luscum.

Exitus ergo quis es? o gloria, vincitur idem

Nepes, & in exiliū præceps fugit, atq; ibi magnus,

Mirandusq; cliens sedet ad prætoria regis,

Donec Bithyno libeat uigilare tyranno.

Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,

Non gladij, non saxa dabunt, non tela, sed ille

Cannarum uindex, ac tanti sanguinis ultor

Annulus, I demens, & sæuas curre per alpeis,

Vt pueris placeas, & declamatio fias.

Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis,

Aestuat infelix angusto limite mundi,

Vt Gyaræ clausus scopulis, paruaq; Seripho:

Cum tamen à figulis munitam intrauerit urbem,

Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur,

Quantula sint hominum corpuscula. creditur olim

Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax

Audet in historia, cum stratum classibus iisdem,

Suppositumq; rotis solidum mare. credimus altos

Defecisse amnes, epotaq; flumina Medo

Prandente

Prandente, & madidis cantat quæ Sostratus alis
Ille tamen qualis redijt Salamine relicta,
In Corum, atq; Eurum solitus scuire flagellis
Barbarus, Aeolio nunquam hoc in carcere passos,
Ipsum compedibus, qui uinxerat Ennosigum?
Mitius id sanè, quod non & stigmatè dignum
Credidit, huic quisquam uellet seruire deorum?
Sed qualis redijt? nempe una naue cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadauera prora.
Has toties optata exegit gloria pœnas.

Xerxis histo-
riam ut fa-
bulosam no-
tat, quæ à
Græcis pro-
dita, multa
porrentosa
continet.
Ennosig. Ne-
ptunum.

Da spatium uitæ, multos da Iuppiter annos,
Hoc recto uultu, solum hoc & pallidus optas,
Sed quàm continuis & quantis longa senectus
Plena malis? deformem, & tetrū ante omnia uultū,
Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,
Pendientesque genas, & taleis aspice rugas,
Qualeis, umbriferos ubi pandit Tabraca saltus,
In uetula scalpit iam mater simia bucca.
Plurima sunt iuuenum discrimina, pulchrior ille
Hoc, atq; ille alio, multum hic robustior illo,
Vna senum facies, cum uoce trementia labra.
Et iam leue caput, madidiq; infantia nasi.
Frangendus misero gingiua panis inermi,
Vsque adeo grauis uxori, natisq; sibiq;
Ut captatori moueat fastidia Cossu.
Non cadem uini, atq; cibi torpente palato

Stulta uota
longæ uitæ,
cum ea nihil
sit miserius
& contra.

Cicero de Senectute
Quis ætas, plerique
sunt: sic odiosa
est, ut omnes se
Athina gram di-
Trabaca, op-
pidum Afric-
cæ. ubi magis
na est simia-
rum copia.

Optamus sibi in uentis uentis
G S Gaudia:
uentis.

† Ramex,
qui Græcè
κροσσώλη
dicitur, ab
eo quod ves-
ne intumes-
cant, atq;
intorquean-
tur.

Aur. lac. ti-
bicines, qui,
ut ait Hora-
tius, trahūt
per pulpita
uestem.

Themison,
quē hic mor-
der, ut bon⁹
medicus cō-
mendatur à
Cornelio
Celso.

Vide Atag.
Bis pueri se-
nes

Luscus, qui
altero oculo
caret, qui

† pueri in phor. ar. l. 4. s. 1.
S. pueri ipsa s. mor. l. 5.

Gaudia: nam coitus iam longa obliuio: uel si
† Coneris, iacet exiguus cum ramice neruus,
Et quamuis tota palpetur nocte. iacebit,
An ne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri
Canicies? quid, quòd meritò suspecta libido est,
Quæ Vncrem affectat sine uiribus? aspice partis
Nunc damnū alterius. nam quæ cantante uoluptas,
Sit licet eximius citharædus? sit ue Seleucus,
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna.
Quid refert magni sedeat qua parte theatri,
Qui uix cornicies exaudiat, atq; tubarum
Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris,
Quem dicat uenisse puer, quot nunciet horas.
Prætereà minimus gelido iam corpore sanguis
Febre calet sola: circum silit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,
Pröptius expediã, quot amauerit Hippia mæchos,
Quot Themison ægros autūno occiderit uno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, quot longa uiros exorbeat uno
Maura die, quot discipulos inclinet Amillus,
Percurram citius quot uillas possideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luscis inuidet, huius
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis.

Ipse ad

vide Curo: de senecti: in principio.

S A T Y R A X. 107

Ipsē ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore uolat pleno mater ieiuna, sed omni
Membrorum damno maior dementia, quæ nec
Nomina seruorum, nec uultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos,
Quos genuit, quos eduxit, nam codice sæuo
Hæredes uetat esse suos, bona tota feruntur
Ad phialen, tantum artificis ualet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
Vt uigeant sensus animi, ducenda tamen sunt
Funera natorum, rogos aspiciendus amatæ
Coniugis, & fratris, plenæq; sororibus urnæ.
Hæc data pœna diu uiuentibus, ut renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inq;
Perpetuo mœrore, & nigra ueste senescant.
Rex Pylius (magno si quicquàm credis Homero)
Exemplum uitæ fuit à cornice secundæ.
Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atq; suos iam dextra computat annos,
Quiq; nouum toties mustum bibit: oro parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum uidet acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omni
Quisquis adest socio, cur hæc in tempora duret.
Quod facinus dignum tam longo admiserit æuo.

Græcis μὲν
φθαλμος dicitur.

Desipientia
membrorū
mutilatio-
ne grauior.

Multa feren-
da, etsi adsit
bona ualetu-
do.

A cor. Ne-
stor enim
treis homi-
num æta-
tes uixisse
creditur.

Hæc

Alius. Laertes, Vlyssis pater, qui errante Vlysse, se in agro macerabat, ac Iouem rogabat, ut animam e corpore educeret: autor Homerus.

Can. Hecuba Priami uxor, in canem conuersa.

Min. pal. ubi latuit C. Marius, unde extractus est, & postea exul in Aethiopia mendicauit.

Hæc eadem Peleüs, raptum cum luget Achillem,
 Atq; alius, cui fas Ithacum lugere natancem.
 Incolumi Troia Priamus uenisset ad umbras
 Assaraci magnis solennibus, Heetore funus
 Portante, ac reliquis fratrum ceruicibus, inter
 Iliadum lachrymas, ut primos ædere planctus
 Cassandra inciperet, scissaq; Polyxena palla,
 Si foret extinctus diuerso tempore, quo iam
 Cœperat audax Paris ædificare carinas.
 Longa dies igitur quid contulit? omnia uidit
 Euersa, & flammis Asiam, ferroq; cadentem.
 Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara.
 Et ruit ante aram summi Iouis, ut uetulus bos,
 Qui domini cultris tenue & miserabile collum
 Præbet, ab ingrato iam fastiditus aratro.
 Exitus ille utcumq; hominis: sed torua canino
 Latrauit rictu, quæ post hunc uixerat uxor.
 Festino ad nostros, & regem transeo Ponti,
 Et Cræsum, quem uox iusti facunda Solonis
 Respicere ad longæ iussit spatia ultima uitæ.
 Exilium, & carcer Minturnarumq; paludes,
 Et mendicatus uicta Carthagine panis
 Hinc classas habuere: quid illo ciue tulisset
 Natura in terris, quid Rhoma beatius unquam,
 Si circumducto captiuorum agmine, & omni
 Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,

Cum de

Cum de Theutonico uellet descendere curru?
 Prouida Pompeio dederat Campania febres
 Optandas, sed multæ urbes, & publica uota
 Vicerunt: igitur fortuna ipsius, & urbis
 Seruatum uicto caput abstulit: hoc cruciatu
 Lentulus, hac poena caruit, ceciditq; Cethegus
 Integer, & iacuit Catilina cadauere toto.
 Formam optat modico pueris, maiore puellis
 Murmure, cum Veneris sanum uidet anxia mater
 Usq; ad delitias uotorum: cur tamen, inquit,
 Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
 Sed uetat optari faciem Lucretia, qualem
 Ipsa habuit, cuperet Rutilæ + Virginia gibbum
 Accipere, atq; suam Rutilæ dare, filius autem
 Corporis egregij miseros, trepidosq; parentes
 Semper habet: rara est adeò concordia formæ
 Atq; pudicitia, sanctos licet horrida mores
 Tradiderit domus, ac ueteres imitata Sabinas.
 Prætereà castum ingenium, uultumq; modestum
 Sanguine feruentem tribuat natura benigna
 Larga manu: quid enim puero conferre potest plus
 Custode, & cura natura potentior omni?
 Non licet esse uiros, nam prodiga corruptoris
 Improbilas ipsos audet tentare parentes.
 Tanta in muneribus fiducia, nullus ephorum
 Deformem seua castrauit in arce tyrannus,

Cum Pompeius Neapoli ægrota-
 ret, uota pu-
 blice susce-
 pra sunt in
 eius salutē,
 ut bello ciui-
 li, & multis
 malis reser-
 uatus uideat-
 tur.

+ Virginia,
 uirgo ple-
 beia, quæ ob
 pulchritudi-
 nem perijt,
 cæsa à patre,
 cum illam
 Appius decē
 uir supra-
 re uellet.

Si quis etiã
 benignitate
 naturæ fit
 castus & pu-
 dicus, tamen
 ob formam
 plerunq; pe-
 riclitatur.

Nec

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, uel
 Strumosum, atq; utero pariter, gibboq; tumentem.
 Nunc ergò iuuenis specie letare tui, quem
 Maiora expectant discrimina: fiet adulter
 Publicus, & pœnas metuet quascunq; mariti
 Exigere irati: nec erit felicior astro
 Martis, ut in laqueos nunquam incidat, exigit autē
 Interdum ille dolor plus, quàm lex ulla dolori

Imitatio Ho-
 ratiana ex
 secūdo Ser.
 Hic se præci-
 pitem recto
 dedit, ille fla-
 gellis Ad
 mortem cæ-
 sus.

Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis
 Verberibus, quosdam mœchos & mugulis intrat.

Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
 Matronæ, mox cùm dederit Seruilia nummos
 Fiet & illius quem non amat, eruet omnem
 Corporis ornatum: quid enim ulla negauerit udis
 Inguinibus, siue est hæc Hippia, siue Catulla?
 Deterior totos habet illic fœmina mores.

Sed casto quid forma nocet? quid profuit olim
 Hippolyto graue propositum? quid Bellerophonti?
 Erubuit nempe hæc ceu fastidita repulsa.

Sthenobœa,
 uxor Præti
 regis, quæ
 Bellerophō.
 tē perdidit.
 C. Sylius
 formosissi-
 mus, ut scri-
 bit Tacitus,
 cum in eum

Nec Sthenobœa minus, quàm Cressa excādui, et se
 Concussere ambæ. mulier sæuissima tunc est,
 Cùm stimulos odio pudor admouet. elige quidnam
 Suadendum esse putas, cui nubere Cæsaris uxor
 Destinat: optimus hic, & formosissimus idem
 Gentis patriciæ rapitur miser, extinguendus
 Messalinæ oculis: dudum sedet illa parato

Flammeolo,

Flammeolo, tyriusq; palam genialis in hortis
 Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
 Antiquo, ueniet cum signatoribus auspex.
 Hæc tu secreta, & paucis commissa putabas,
 Non nisi legitimè uult nubere. quid placeat, dic,
 Ni parère uelis, pereundum est ante lucernas.
 Si scelus admittas, dabitur mora paruula, dum res
 Nota urbi, & populo contingat principis aures
 Dedecus ille domus sciet ultimus, intereà tu
 Obsequere imperio, si tanti est uita dierum
 Paucorum, quicquid leuius, meliusq; putaris,
 Præbenda est gladio pulchra hæc, & candida ceræ
 Nil ergò optabunt homines? si cõsiliu uis, (uix.
 Permittes ipsis expendere numinibus, quid
 Conueniat nobis, rebusq; sit utile nostris.
 Nam pro iucundis aptissima quæq; dabunt dii.
 Charior est illis homo, quàm sibi: nos animorum
 Impulsu, & cæca, magnaq; cupidine ducti
 Coniugium petimus, partumq; uxoris: at illis
 Notum qui pueri, qualisq; futura sit uxor.
 Ut tamen & poscas aliquid, uoueasq; sacellis
 Extæ, & candiduli diuina tomacula porci,
 † Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
 Fortem posce animũ, & mortis terrore carentem,
 Qui spatium uitæ extremum inter munera ponat
 Naturæ, qui ferre queat quoscunq; labores,
 Nesciat

exarsisset
 Messalina,
 Claudii uxor,
 coactus
 est dimissa
 uxore sua,
 Claudio
 Hostiã pro
 fecto, palã
 Messalinam
 ducere: unde
 mox recog
 nita, Sylius
 interfectus
 est.

Homo dijs
 charior, quã
 sibi ipsi.

† Quid à
 dijs potissi
 mum peten
 dum.

Unica uia
ad beatam
uitam per ui-
tutem.

Nesciat irasci, cupiat nil, & potiores
Herculis ærumnas credat, seuosq; labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monstro, quod ipse tibi possis dare, semita certè
Tranquilla per uirtutem patet unica uitæ.
Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cœloq; locamus.

S A T Y R A X I.

A R G V M E N T V M.

Ad Perficum amicum suum, quem frugali conui-
uio inuitarat, contra eos, qui exquisitius lauiusq; co-
messentur, quàm facultates ferant.

Atticus eximiè si cœnat, latus habetur:
Si Rutilus, demēs: quid enim maiore cachin-
Excipitur vulgi q̄ pauper Apicius? omnis (no
Conuictus, thermæ stationes, omne theatrum
De Rutilo. nam dum ualida ac iuuenilia membra
Sufficiunt galeæ, dumq; ardens sanguine fertur
Non cogente quidem, sed nec prohibente tribuno
Scripturus leges, & regia uerba lanistæ:
Multos porrò uides, quos sæpè elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo uiuendi caussa palato est.
Egregius cœnat, meliusq; miserrimus horum,
Et cito casurus iam perlucente ruina.

Intercè gustus elementa per omnia quærunt,

Nunquàm

Nunquam animo pretijs obstantibus, interius si
 Attendas, magis illa iuuant quæ pluris emuntur.
 Ergò haud difficile est periturã accersere summã
 Lancibus oppositis, uel matris imagine fracta,
 Et quadringentis nummis condire gulosum
 Fictile, sic ueniunt ad miscellania ludi.
 Refert ergò quis hæc eadem paret: in Rutilo nam
 Luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
 Sumit & à censu famam trahit. illum ego iure
 Despiciam, qui scit quantò sublimior Atlas
 Omnibus in Libya sit montibus, hic tamen idem
 Ignoret quantum ferrata distet ab arca
 Sacculus, è cælo descendit γυῶθι σ'εαυτόπ:
 Figendum, & memori tractandum pectore, siue
 Coniugium quæras, uel sacri in parte senatus
 Esse uelis, nec enim lorica poscit Achillis
 Ther sites, in qua se traducebat Vlysses
 Ancipitem, ceu tu magno discrimine caussam
 Protegre affectas. te consule, dic tibi quis sit
 Orator uehemens, an Curtius, an Matho: buccæ
 Noscenda est mensura tuæ, spectandaq; rebus
 In summis, minimis etiam cùm piscis emetur.
 Nec multum cupias, cùm sit tibi gobio tantum
 In oculis: quis enim te deficiente crumena,
 Et crescente gula manet exitus, ære paterno,
 Ac rebus mersis in uentrem, scænoris, atq;

Miscel. lud.
 hoc est, ab
 sumptis opib;
 bus, cogun-
 tur fieri lu-
 di & histri-
 ones, quales
 solèt conue-
 nire in Mi-
 scellis ludis.

Apoptheg-
 ma illud, in-
 quit, nosce
 teipsum, nō
 solū ad cor-
 poris statu-
 ram aut for-
 mam perti-
 net, sed ad
 omnia uitæ
 officia, ut ni-
 hil supra ui-
 res attentes.
 E cælo autē
 demissum pu-
 tabat, quod
 esset in tem-
 plo Apolli-
 nis Delphici
 aureis literis

H Argenti

inscriptum,
consecra-
tumque.

† Impuden-
tia nepotum
qui cum de-
coxerint, &
ob æs alienū
coguntur fu-
gere, nihil
curat.

Accipiam te
eo appara-
tu, quo Euā-
der Herculē
& Aeneam,
nimirū fru-
galiter.

Argenti grauis, & pecorum, agrorumq; capaceſ
Talibus à dominis post cuncta nouiſſimus exit
Annulus, & digito mendicat Pollio nudo.
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum
Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſeneſtus.
† Hi plerunq; gradus, conducta pecunia Rhomæ
Et coram dominis conſumitur. inde ubi paulum
Nescio quid ſupcreſt, & pallet fœnoris autor,
Qui uertère ſolum, Baias, & ad oſtea currunt.
Cedere nanq; foro iam non tibi deterius, quàm
Aeſquilias à feruenti migrare Suburra.
Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa
Mœſtitia eſt, caruiſſe anno Circenſibus uno.
Sanguinis in facie non hæret gutta, morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex urbe pudorem,
Experière hodiè nunquid pulcherrima dictu
Perſice non præſtem uita, nec moribus, & re,
Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram alijs dictem puero, ſed in ore placentas.
Nam cùm ſis conuiua mihi promiſſus, habebis
Euandrum, uenies Thyrinthius, aut minor illo
Hoſpes, & ipſe tamē contingens ſanguine cœlum:
Alter aquis, alter ſtammis ad ſydera miſſus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tyburtino ueniet, pinguiſſimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, inſcius herbæ

Necdum

Necdum ausus uirgas humilis mordere salicti,
 Qui plus lactis habet, quàm sanguinis, & montani
 Asparagi, posito quos legit uillica fusso.
 Grandia præterea, tortoq; calentia scæno
 Oua adsunt ipsis cum matribus, & seruata
 Parte anni quales fuerant in uitibus, uua,
 Signinum, Syriumq; pyrum de corbibus iisdem
 Acmula Piscenis, & odoris mala recentis,
 Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
 Autumnum, & crudi posuere pericula succi.
 † Hæc olim nostri iam luxuriosa senatus
 Cœna fuit, Curius paruo quæ legerat horto
 Ipse focis breuibus ponebat oluscula, quæ nunc
 Squalidus in magna fastidit compede fossor,
 Qui meminit calidæ sepiat quid uulua popinæ.
 Sicci terga suis rara pendentia crate
 Moris erat quondam festis seruare diebus,
 Et natalitium cognatis ponere lardum,
 Accedente noua, si quam dabat hostia, carne,
 Cognatorum aliquis titulo ter consulis, atq;
 Castrorum imperijs, & dictatoris honore
 Functus, ad has epulas solito maturius ibat,
 Erectum domito referens à monte ligonem.
 Cùm tremarent autem Fabios, durumq; Catonem,
 Et Scauros, & Fabricios, rigidiq; seueros
 Censoris mores etiam collega timeret,

H 2 Nemo

Asparagi.
 herba, quam
 quidam cor
 rudam uo-
 cant, dicta
 caulis aspe-
 ritate, teste
 Varrone.

† Hæc cœna
 nostra, olim
 fuisset lau-
 ra: nam Cu-
 rius dentat⁹
 ipse herbis
 & rapis non
 nunquã ues-
 cebatur.
 Frugalitas
 priscorum
 Rhomano-
 rum.

Lecti olim non erāt ut nunc, precio si & fabre facti.
 Nemo inter curas, & seria duxit habendum,
 Qualis in Oceani flucti testudo nataret,
 Clarum Troiugenis factura, ac nobile fulcrum,
 Sed nudo latere, & paruis frons aerea lectis
 Vile coronati caput ostendebat aselli,
 Ad quod lasciuī ludebant ruris alumni.
 Tales ergō tibi, qualis domus atq; supellex.

Milites non studebant tā tum supellectilis splendori, quantum armorum suorum celaturis & signis.
 Tunc rudis, & Graias mirari nescius arteis,
 Urbibus euersis praedarum in parte reperta
 Magnorum artificum frangebāt pocula miles,
 Ut phaleris gauderet equus, caelataq; classis
 Rhomuleae simulachra ferre mansuescere iussae
 Imperij fato, & geminos sub rupe Quirinos,
 Ac nudam effigiem clypeio fulgentis, & hasta,
 Pendentisq; Dei perituro ostenderet hosti.
 Argenti quod erat Solis fulgebat in armis.

Thus. cat. fictili. Nā uasa Aretina praecipue laudantur.
 Religio purior erat, & dii magis propicij, tametsi minori apparatu colerentur.
 Ponebant igitur Thusco farrata catino
 Omnia tunc, quibus inuideas, si liuidulus sis.
 Templorum quoq; maiestas praesentior, & uox
 Nocte ferē media, mediamq; audita per urbem
 Littore ab Oceani Gallis uenientibus, & Dijs
 Officium uatis peragentibus, his monuit nos,
 Hanc rebus Latijs curam praestare solebat
 Fictilis, & nullo uiolatus Iuppiter auro.
 Illa dominatas, nostraq; ex arbore mensas
 Tempora uiderunt, hos lignum stabat in usus,

Annosam

Annosam si fortè nucem deiecerat Eurus.
 At nunc diuitibus coenandi nulla uoluptas,
 Nil rhombus, nil dama sapit, putere uidentur
 Vnguenta, atq; rosæ, latos nisi sustinet orbes
 Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu
 Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
 Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
 Et quos deposuit Nabathæo belua saltu,
 Iam nimios, captiq; graues. hinc surgit orexis,
 Hinc stomacho uilis. nam pes argenteus illis,
 Annulus in digito non ferreus. ergò superbum
 Conuiuiam caueo, qui me sibi comparat, & res
 Despiciat exiguas: adeò nulla uncia nobis
 Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac
 Materia: quin ipsa manubria cultellorum
 Ossea: non tamen his ulla unquam obsonia fiunt
 Rancidula, haud ideo peior gallina secatur.
 Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
 Pergula discipulus † Tripheri doctoris, apud què
 Semine cum magno lepus, atq; aper, & pygargus,
 Et Scythicæ uolucres, & phœnicopterus ingens,
 Et Getulus orix, hebeti lautissima ferro
 Ceditur, & tota sonat ulmea coena Suburra.
 Nec frustum capræ subducere, nec latus Aphræ
 Nouit auis noster tyrunculus, ac rudis omni
 Tempore, & exiguae frustis imbutus ofellæ

Syiene, insu-
 la in Aethio-
 piæ finibus,
 in qua mag-
 na uis Ele-
 phantorum
 nascitur.

Theselle, ta-
 li, à tessera
 deflexum.
 † Triperus
 hic docebat
 artem stru-
 ctoriam in
 Suburra, &
 secandi ge-
 stus cultro &
 ligneis fer-
 culis repræ-
 sentabat.

H 3 Plebeios

osam

Plebeios calices, & paucis asibus emptos
 Porriget incultus puer, atq; à frigore tutus,
 Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus
 Quisquam erit, et magno cum poscis, posce Latine.
 Idem habitus cunctis, tonsi, erectiq; capilli,
 Atq; hodiè tantum propter conuiuia pexi.
 Pastoris duri est hic filius, ille bubulci:
 Suspirat longo non uisam tempore matrem,
 Et casulam, & notos tristis desiderat hœdos:

**Puerum sim-
 plicè & mo-
 destum, mul-
 tis circumstā-
 tijs descri-
 bit.**

Ingenui uultus puer, ingenuiq; pudoris,
 Quales esse decet, quos ardens purpura uestit,
 Nec pugillares defert in balnea raucus
 Testiculos, nec uellendus iam præbuit alas,
 Crassa nec opposito pavidus tegit inguina gutto,
 Hic tibi uina dabit diffusa in montibus illis
 A quibus ipse uenit, quorum sub uertice ludit.

**Gadita. Ga-
 ditanae salta-
 tiones, mol-
 les & lasci-
 uæ, in conui-
 uijs adhibe-
 bantur, ad
 exhilaran-
 dos conuiua-
 rû animos.**

Nanq; una, atq; eadem uini patria, atq; ministri,
 Forsitan expectes, ut Gaditana canoro
 Incipiat prurire choro, plausuq; probatæ
 Ad terram tremulo descendant clume puellæ,
 Irritamentum Veneris languentis, & acres
 Diuitis urticæ: maior tamen ista uoluptas
 Alterius sexus: magis ille extenditur, & mox
 Auribus, atq; oculis concepta urina mouetur.
 Non capit has nugas humilis domus, audiat ille
 Testarum crepitus cum uerbis, nudum olido stans
 Fornice

Fornice mancipium quibus abstinet, ille fruatur
 Vocibus obscœnis, omniq; libidinis arte,
 Qui Lacedæmonium pedemate lubricat orbem,
 Nanq; ibi fortunæ ueniam damus, alea turpis,
 Turpe & adulterium mediocribus, hæc eadem illi
 Omnia cùm faciant, hilares, nitidiq; uocantur.
 Nostra dabunt alios hodiè conuiuia ludos,
 Conditor Iliados cantabitur, atq; Maronis
 Altisoni dubiam facientia carmina palmam.
 Quid refert tales uersus qua uoce legantur?
 † Sed nunc dilatis auerte negotia curis,
 Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
 Per totam cessare diem: non fœnoris ulla
 Mentio, nec prima si luce egressa, reuerti
 Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor
 Humida suspectis referens multitia rugis,
 Vexatasq; comas, & uultum, ruremq; calentem.
 Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen.
 Pone domum, & seruos, et quicquid frangitur illis,
 Aut perit, ingratos ante omnia pone sodales.
 Interea Megalesiacæ spectacula palmæ
 Idæum solenne colunt, similisq; triumpho
 Prædo caballorum prætor sedet, ac mihi pace
 Immensæ nimiaq; licet si dicere plebis,
 Totam hodiè Rhomã circus capit, & fragor aurẽ
 Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.

H 4 Nam

Πῆδημα, ge-
 nus saltatio-
 nis Laconi-
 cæ, in qua pe-
 des in orbẽ
 ad natos tor-
 quebãtuur
 de qua Lu-
 canus in li-
 bello περὶ
 ὄρχήσεως.
 † Hortatur
 conuiuiam
 suam ad hi-
 laritatem,
 & animi trà-
 quillitatem,
 omissis cu-
 ris & suspi-
 cionibus.

Virid. pan.
 factiõis Pra-
 sine, cui fa-
 uebat bona
 pars ciuita-
 tis.

Nam si deficeret, mœstam, attonitamq; uideres
 Hanc urbem, ueluti Cannarum in puluere uictis
 Consulibus. spectent iuuenes, quos clamor, & aus
 Sponsio, quos cultæ decet assedisse puellæ. (dax
 Nostra bibat uernum contracta cuticula solem,
 Effugiatq; togam, iam nunc in balnea salua
 Fronte licet uadas, quanquam solida hora super sit
 Ad sextam, facere hoc non possis quinq; diebus
 Continuis, quia sunt talis quoq; tædia uitæ
 Magna: uoluptates commendat rarior usus.

S A T Y R A XII.

A R G V M E N T V M.

Ad Coruinū, cui scribit pro se salute Catulli ami-
 ci, qui naufragus enatauerat, dijs uota soluturum: ac
 obiter in captatores testamentorum, nominatim Næ-
 uium, & Histrū Pacuuiū, qui ex eo quæstu ditati erāt.

NAtali Coruine die mihi dulcior hæc lux,
 Qua festus promissa deis animalia cæspes
 Expectat, niueam reginæ cædimus agnam.
 Par uellus dabitur pugnam Gorgone Maura,
 Sed procul extensum petulans quatit hostia funem
 Tarpeio seruata Ioui, frontemq; coruscat:
 Quippe ferox uitulus templis maturus, & aræ,
 Spargendusq; mero, quem iam pudet ubera matris
 Ducere, qui uexat nascenti robora cornu.
 Si res ampla domi, similisq; affectibus esset,

Pinguior

Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
 Mole piger, nec finitima nutritus in herba,
 Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
 Iret, & à grandi ceruix ferienda ministro,
 Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaq; passi
 Nuper & incolumem sese mirantis amici.
 Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum
 Euasi, densæ cœlum abscondere tenebræ
 Nube una, subitusq; antemnas impluit ignis,
 Cùm se quisq; illo percussum crederet, & mox
 Attonitus nullum conferri posse putaret
 Naufragium uelis ardentibus: omnia fiunt
 Talia, tam grauitè, si quando poëtica surgit
 Tempestas: genus ecce aliud discriminis, audi,
 Et miserè iterum, quanquàm sint cætera sortis
 Eiusdem pars dira quidem, sed cognita multis,
 Et quam uotiuâ testantur fana tabella
 Plurima (pictores quis nescit ab Iside pasci?)
 Accidit & nostro similis fortuna Catullo,
 Cùm plenus fluctu medius foret alueus, & iam
 Alterum puppis latus euertentibus undis
 Arboris incertæ, nullam prudentia cani
 Rectoris in ferret opem, decidere iactu
 Cœpit cum uentis, imitatus Castora, qui se
 Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
 Testiculorum, adeò medicatum intelligit inguen.

Amici. Ca-
 tullus, ut pau-
 lopost testa-
 tur.

Poëti. surg.
 Tam seua fu-
 it illa tēpe-
 stas, quam
 ea quæ à poë-
 tis describi
 solet, cū per
 contentionē
 exaggerant
 rem.

H S Fundis

Alias, uestes
Baticas, que
ex natua la
na texeban-
tur, citra tin-
ctoris ope-
ram,

† Empt. Ol.
Philippus
Aminthe fi-
lius, qui O-
lynthum
Thraciæ ci-
uitatem, au-
ro à Lasche
ue prodito-
re redemit.

Dig. Alludit
ad dictū phi-
losophi
cuiusdam, q
cū audisset
nauē trium
digitorum
esse crassitu

Fundite quæ mea sunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare uolens etiam pulcherrima, uestem
Purpuream teneris quoq; Meccœnatibus aptam,
Atq; alias, quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus, sed & egregius fons
Viribus occultis, & Beticus adiuvat aër.
Ille nec argentum dubitabat mittere lances
Parthenio factas, urnæ cratêra capacem.
Et dignum sitiente Pholo, uel coniuge Fufci.
Adde & bascaudas, & mille escaria, multum
† Cælati, biberat quo callidus emptor Olynthi.
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento perferre caput, rebusq; salutem?
Non propter uitam faciunt patrimonia quidam,
Sed uicio cæci propter patrimonia uiuunt.
Iactatur rerum utilium pars maxima, sed nec
Damna leuant tunc aduersis urgentibus: illuc
Decidit, ut malum ferro submitteret, ac se
Explicat angustum, discriminis ultima quando
Præsidia afferimus, nauem factura minorem.
I nunc, & uentis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, ac septem si fit latissima teda.
Mox cum reticulis, & pane, & uentre lagoenæ,
Aspice sumendas in tempestate secures.
Sed postquam iacuit planū mare, tēpora postquam
Prospera

Prospera uictoris, fatumq; ualentius Euro,
 Et pelago, postquam Parca meliora benigna
 Pensa manu ducunt hilares, & staminis albi
 Lanificæ, modica non multò fortior aura
 Ventus adest, inopi miserabilis arte cucurrit
 Vestibus extensis, & quod superauerat unum,
 Velo prora suo iam deficientibus Austris.
 Spes uitæ cum sole redit, tum gratis Iulo,
 Atq; nouercali sedes prælata Lauimo,
 Conspicitur sublimis apex. cui candida nomen
 Scropha dedit, letis Phrygibus mirabile sumem,
 Et nunquam uisis triginta clara mamillis.
 Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
 Tyrrhenamq; Pharon, porrectaq; brachia rursus,
 Quæ pelago occurrunt medio, longeq; relinquunt
 Italiam: non sic igitur mirabere portus,
 Quos natura dedit, sed trunca puppe magister
 Interiora petit Baianæ peruia cymbæ.
 Tunc stagnante sinu gaudent ibi uertice raso
 Garrula securi narrare pericula nautæ.
 Ite igitur pueri, linguis animisq; fauentes
 Sertaq; delubris, & farra imponite cultris,
 Ac molles ornate focos, glebamq; uirentem,
 Iam sequar, & sacro, quod præstat, rite peracto
 Inde domum repetam, gracileis ubi parua coronas
 Accipiunt fragili simulachra nitentia cera,

dine, tatum,
 inqt, à morte
 te absunt
 qui nauigāt.

Cand. Albā
 intelligit,
 quæ ab alba
 porca quæ
 triginta pe-
 perit fœtus
 albos, & ip-
 sa Alba de-
 nominata
 est: autor
 Varro.

Ling. fauen.
 Verba, qui-
 bus in sacris
 silentium in-
 dicebatur.
 sic Tibullus:
 Lingua uir,
 mulierq; fae-
 ue.

Hic

Hic nostrum placabo Iouem, laribusq; paternis
Thura dabo, atq; omneis uiolæ iactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit ianua ramos,
Et matutinis operatur festa lucernis.

Nemo suspi-
cerur me id
agere, ut ca-
ptem homi-
nem: nā or-
bus non est,
neque admo-
dum locu-
ples.

εκατόμυρον,
sacrificium,
dictum à nu-
mero bouum
quod genus
describit lul.
Capitolino
in uita Ma-
ximi & Bal-
bini.

Nec suspecta tibi sint hæc Coruine, Catullus,
Pro cuius reditu tot pono altaria, paruos
Treis habet hæredes. libet expectare, quis ægram
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam sterili: uerum hæc nimia est impensa, coturnix
Nulla unquam pro patre cadet, sentire calorem
Si coepit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitimè fixis uestitur tota tabellis
Porticus. existunt qui promittant Hecatomben.
Quatenus hic non sunt nec uenales Elephantes,
Nec Latio, aut usquam nostro sub sydere talis
Belua concipitur, sed furua gente petita,
Arboribus Rutulis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli seruire paratum
Priuato, siquidem Tyrio seruire solebant
Hannibali, & nostris ducibus, regi q; Molosso.
Horum maiores, & dorso ferre cohorteis
Partem aliquam belli, & euntē in prælia turmam.
Nulla igitur mora per Nouiū, mora nulla per His-
Pacuiū, quin illud ebur ducatur ad aras, (strum
Et cadat ante Lareis Gallitæ, uictima sacra
Tanta est Tantis digna deis, & captatoribus horum.

Alter

S A T Y R A XII. 125

Alter enim, si concedas mactare, uouebit
 De grege seruorum magna, & pulcherrima quæq;
 Corpora, uel pueris, & frontibus ancillarum
 Imponet uittas: & si qua est nubilis illi
 Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, & si
 Non sperat tragice furtiua piacula ceruæ.
 Laudo meum ciuem, nec comparo testamento
 Mille rateis: nam si Libitinam euaserit æger,
 Delebit tabulas inclusus carcere nasse,
 Post meritum sanè mirandum, atq; omnia soli
 Forsan Pacuuius breuiter dabit: ille superbus
 Incedet uictis riualibus. ergò uides, quàm
 Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis.
 Viuat Pacuuius quæso, uel Nestora totum
 Possideat: quantum rapuit Nero, montibus aurum
 Exæquet, nec amet quenquàm, nec ametur ab ullo.

captatorum
 improbitas,
 ut uel pro-
 priæ filia nō
 parcant, si
 per leges li-
 ceret, modo
 spes prædæ
 affulgeat.

S A T Y R A XIII.

ARGUMENTVM.

Ad Caluinum, quem consolatur, uehementer do-
 lentem propter pecuniam, ab eo apud quem deposu-
 erat, sibi abnegaram, dicens non carere supplicio eū,
 qui fidem non seruat. Nam ut maxime hominum iu-
 diciū euadat talis, conscientia carnificinā nō euadet.

EXemplo quodcumq; malo committitur, ipsi
 Displicet auctori. prima est hæc ultio, quòd se
 Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quàmuis
 Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.

Quid

Quid sentire putas omneis Caluine recenti
 De scelere, & fidei uiolata crimine? sed nec
 Tam tenuis census tibi contigit, ut mediocris
 Iacturæ te mergat onus, nec rara uidemus
 Quæ pateris, casus multis hic cognitus, ac iam
 Tritus, & è medio Fortunæ ductus aceruo.
 Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
 Non debet dolor esse uiri, nec uulnere maior.
 Tu quàmuis leuium minimam, exiguamq; malorum
 Particulam uix ferre pote; spumantibus ardens
 Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
 Depositedum, stupet hæc, qui iam post terga reliquit
 Sexaginta annos Fonteio consule natus.
 At nihil in melius tot rerum proficis usu?
 Magna quidem sacris quæ dat præcepta libellis
 Victrix Fortunæ sapientia. Dicimus autem
 Hos quoq; felices, qui ferre incommoda uitæ,
 Nec iactare iugum uita didicere magistra.
 Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem?
 Perfidiam, fraudes. atq; omni ex crimine lucrum
 Quæsitum, & partos gladio, uel pyxide nummos?
 Rari quippe boni: numero uix sunt totidem, quot
 Thebarum portæ, uel diuitis ostia Nili.
 Nona æt as agitur, peioraq; secula ferri
 Temporibus, quorum sceleri non inuenit ipsa
 Nomen, & à nullo posuit natura metallo.

Iac. iug. de
 t rectare, &
 frangi for-
 tunæ insul-
 tibus.
 Rari. Allu-
 dit ad Græ-
 ciæ sapien-
 tes, qui nu-
 mero septē
 fuere, ut The-
 bis portæ &
 Nili ostia.

Nos hoc

SATYRA XIII. 127

Nos hominum, diuūmq; fidem clamore citemus,
 Quanto Fessidium laudat uocalis agentem
 Sportula dic senior bulla dignissime, nescis
 Quas habeat Veneres aliena pecunia, nescis
 Quem tua simplicitas risum vulgo moueat, cum
 Exigis à quoquam ne peieret, & putet ullis
 Esse aliquod numen templis, aræq; rubenti?
 † Quondã hoc indigenæ uiuebãt more prius quàm
 Sumeret agrestem posito diademate falcem
 Saturnus fugiens, tunc cum uirguncula Iuno,
 Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris,
 Nulla super nubes conuiuia calicolarum,
 Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
 Ad cyathos, & iam siccato nectare tergens
 Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna,
 Prandebat sibi quisq; deus, nec turba deorum
 Talis, ut est hodiè, contentaq; sydera paucis
 Numinibus miserum urgebant Atlanta minori
 Pondere: nondum aliquis sortitus triste profundi
 Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton,
 Nec rota, nec Furia, nec saxum, aut uulturis atri
 Poena, sed infernis hilares sine regibus umbræ,
 Improbilas illo fuit admirabilis æuo.
 Credebant hoc grando nefas, & morte piandum,
 Si iuuenis uetulo non assurrexerat, & si
 Barbato cuicumq; puer, licet ipse uideret

† Indigenæ,
 qui Græce
 uocantur
 αὐτόχθονες.

Herc. uxor,
 Hebe, Iouis
 & Iunonis fi
 lia quæ cum
 Ganymede,
 est Dijs à cy
 athis.

Profun. ma
 ris, quod sor
 te Neptuno
 obuenit

Sanctitas
 priscae uitæ,
 & probati
 mores.

Plura

Quicquid habent telorum armamentaria cæli.

Si uerò & pater est, comedam inquit, flebile nati

Sinciput elixi, Pharioq; madentis aceto.

Sunt qui in Fortunæ iam casibus omnia ponunt,

Et nullo credunt mundum rectore moueri

Natura uolente uices, & lucis, & anni,

Præpostera
quorundam
superstitio.

Atq; ideò intrepidi quæcunq; altaria tangunt.

Est alius metuens ne crimen poena sequatur,

Hic putat esse deos, & peierat, atq; ita secum,

Decernat quodcunq; uolet de corpore nostro

Isis, & irato feriat mea lumina sistro,

Dummodò uel cæcus teneã, quos abnego, nummos.

Et phthisis. & uomicæ putres, & dimidium crus

Lad. expedi
tus pauper
& sanus,
qualis fuit
cursor ille.

Sunt tanti: pauper locupletem optare podagram

Ne dubitet Ladas, si non eget Anticyra, nec

Archigene. quid enim uelocis gloria plantæ

Præstat, & esuriens Pisææ ramus oliuæ?

Vt sit magna, tamen certè lenta ira deorum est.

Si curant igitur cunctos punire nocentes,

Quandò ad me uenient? sed & exorabile numen

Fort. uerba
sunt eius q
flagitiū ad
misit,

Fortasse experiar, solet his ignoscere, multi

Committunt eadem diuerso crimina fato:

Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema,

Sic animum diræ trepidum formidine culpe

Confirmant. tunc te sacra ad delubra uocantem

Præcedit, trahere imo ultro, ac uexare paratus.

Nam

SATYRA XIII. 130

Nam cum magna male superest audacia caussa,
 Creditur à multis fiducia. mimum agit ille,
 Urbani qualem fugitiuus succurra Catulli.
 Tu miser exclamas, ut Stentora uincere possis,
 Vel potius quantum gradiuus Homericus, audis
 Iuppiter hæc? nec labra moues, cum mittere uocem
 Debueras uel marmoreus, uel aheneus? aut cur
 In carbone tuo charta pia thura soluta
 Ponimus, & sectum uituli iecur, albaq; porci
 Omenta? ut uideo, nullum discrimen habendum est
 Effigies inter uestras, statuamq; Batilli.
 Accipe quæ contrà ualeat solatia ferre,
 Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
 A Cynici tunica distantia, non Epicurum
 Suspicit exigui letum plantaribus horti.
 Curentur dubij medicis maioribus ægri,
 Tu uenam uel discipulo committe Philippi,
 Si nullum in terris tam detestabile factum
 Ostendis, taceo, nec pugnis cedere pectus
 Te uet o, nec plana faciem contundere palma,
 Quandoquidẽ accepto claudenda est ianua damno,
 Et maiore domus gemitu, maiore tumultu
 Planguntur nummi, quam funera. nemo dolorem
 Fingit † in occasu, uestem diducere summam
 Contentus uexare oculos humore coacto,
 Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris.

Mim. fabu-
 lam, in qua
 introduci-
 tur seruus
 clamore mi-
 rabili.

Batil. pueri
 Sami, que à
 Polycrate e-
 recta fuit ci-
 tharædico
 ornatu. Is fu-
 it, qui ab A-
 nacreonte
 poëta etiam
 dilectus, ut
 testatur Ho-
 ratius.

† aliàs, in
 hoc casu.

I Sed si

Sed si cuncta uides simili fora plena querelâ,

Si decies lectis diuersa in parte tabellis

*Χειρογραφα,
schedæ pro-
pria manu
conscriptæ,
quibus nos
creditori ob-
ligamus.*

Vana superuacui dicunt chirographa ligni,

Arguit ipsorum quos littera, gemmaq; princeps

Sardonycus, loculis quæ custoditur eburnis,

Te nunc delicias extra communia censes

Ponendum, quia tu gallinæ filius albæ.

Nos uiles pulli nati infelicibus ouis.

Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,

Si flectas oculos maiora ad crimina: confer

Conductum latronem, incendia sulphure coepta,

Atq; dolo, primos cum ianua colligit ignes:

Confer & hos ueteris qui tollunt grandia templi

*Rubig. do-
naria, quæ
propter ue-
rustatem ip-
sam, merito
religiosa ha-
beri debe-
bant.*

Pocula adorandæ rubiginis, & populorum

Dona, uel antiquo positas à rege coronas.

Hæc ibi si non sunt, minor extat sacrilegus, qui

Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam

Næptuni, qui bracteolam de Castore ducet,

An dubitet solitus totum conflare tonantem?

Confer & artifices, mercatoremq; ueneni,

Et deducendum corio bouis in mare, cum quo

Clauditur aduersis innoxia simia fatis.

Gal. Rutili^o Hæc quota pars scelerû, quæ custos Gallicus urbis

Gallicus, sub Hæc quota pars scelerû, quæ custos Gallicus urbis

Domitiano Vsq; à Lucifero, donec lux occidat, audit?

præfectus Humani generis mores tibi nosse uolenti

urbis. Sufficit una domus: paucos consume dies, &

Dicere

Dicere te miserum, postquam illinc ueneris, aude.
 Quis tumidū guttur miratur in Alpibus? aut quis
 In meroë crasso maiorem infante mamillam?
 Cœrula quis stupuit Germani limina? flauam
 Cæsariem? et madido torquentem cornua cirro?
 Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.
 Ad subitas Thracum uolucres, nubemq; sonoram
 Pygmaeus paruis currit bellator in armis,
 Mox impar hosti, raptusq; per aëra curuis
 Vnguibus à seua fertur grue: si uideas hoc
 Gentibus in nostris, risu quatere: sed illic
 Quanquam eadem assidue spectentur prælia, rideb
 Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno.
 Nulla ne periuri capitis, fraudisq; nefandæ
 Pœna erit? abreptum crede hunc grauiore catena
 Protinus, et nostro (quid plus uelit ira?) necari
 Arbitrio. manet illa tamen iactura, nec unquam
 Deposita tibi sospes erit, sed corpore trunco
 Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis.
 At uindicta bonum uita iucundius ipsa,
 Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
 Interdum. aut leuibus uideas flagrantia causis,
 Quantulacumq; adeò est occasio, sufficit iræ.
 Chrysippus non dicet idem, nec mite Thaletis
 Ingenium, dulciq; + senex uicinus Hymetto,
 Qui partem acceptæ seua inter uincla cicutæ

Infant. m.ã.
 In Meroë in
 sula, fœmi-
 ne mammas
 habet infan-
 tibus pares,
 ut testatur
 Mela Pom-
 penius.

Sapientis est
 nolle se ul-
 cisci, cū pos-
 sit, quanquã
 grauius læ-
 sus.

+ Senex. So-
 crates, cuius
 patientia
 multis exem-
 plis probata
 est.

I 2 Accusas

Accusatori nolet dare. plurima felix

Paulatim uitia, atq; errores exuit omneis

Prima docens rectum sapientia, quippe minuti

Semper, & infirmi est animi, exiguiq; uoluptas

Vltio, continuo sic collige, quod uindicta

Nemo magis gaudet, q̄ foemina. cur tamen hos tu

Consciētia,
satis graue
supplicium
est fontibus.

Euasisse putes, quos diri conscia facti

Mens habet attonitos? & surdo uerberere cedit

Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Pœna autem uehemens, ac multo seuior illis,

Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Rhadaman

Nocte, dieq; suū gestare in pectore testem. (thus,

Pyth. Histo-
riā de Glau-
co Lacedæ-
monio pro-
lixè tractat
Herodotus
libro 6. quā
hic poëta o-
biter indica-
uit.

Spartana cuidam respondit Pythia uates,

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret

Depositum retinere, & fraudem iure tueri

Iurando: quærebat enim quæ numinis esset

Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.

Reddidit ergo metu non moribus, & tamen omnem

Vocem adyti dignam templo, ueramq; probauit,

Extinctus tota pariter cum prole, domoq;

Et quàmuis longa deductis gente propinquis.

Hæc patitur poenas peccandi sola uoluntas:

Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,

Facti crimen habet, cedo si conata peregit?

Pœna, qua
laborant n̄,
qui sibi sunt

Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,

Faucibus ut morbo siccis, interq; molares

Difficili

Difficili crescente cibo, sed uina misellus
 Expuit, Albani ueteris preciosa senectus
 Disspicet, ostendas melius, densissima ruga
 Cogitur in frontem, uelut acri ducta falerno.
 Nocte breuem si fortè indulset cura soporem,
 Et toto uersata toro iam membra quiescunt,
 Continuò templum, & uiolati numinis aras.
 Et quod præcipuis mentem sudoribus urget
 Te uidet in somnis, tua sacra, & maior imago
 Humana turbat pavidum, cogitq; fateri.
 Hi sunt qui trepidant, ac omnia fulgura pallent,
 Cùm tonat, exanimes primo quoq; murmure cœli,
 Non quasi fortuitu, nec uentorum rabie, sed
 Iratus cadat in terras, & uindicet ignis.
 Illa nihil nocuit, cura grauiore timetur
 Proxima tempestas, uelut hoc dilata sereno.
 Prætereà lateris uigili cum febre dolorem
 Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
 In festo credunt à numine, saxa Deorum
 Hæc & tela putant, pecudem sponderc sacello
 Balantem, & laribus cristam promittere galli
 Non audent: quid enim sperare nocentibus ægris
 Concessum? uel quæ non dignior hostia uita?
 Mobilis, & uaria est fermè natura malorum,
 Cùm scelus admittunt, superest constantia, quid fas,
 Atq; nefas, tandem incipiunt sentire peractis

male conscij
 aut certe ma
 li aliquid
 uersant in
 animo.

Ma. huma.
 uenerabili
 & diuina spe
 cie, ut Suet
 nius in Clau
 dio.

Lateris do
 lor, quã Gre
 ci πλειρίτις
 appellant.

I 5 Criminis

Qui semel
afflucit ui-
cibus, non fa-
cile se po-
stea ab illis
abstinere po-
test, donec
pendeat aut
stranguletur.

Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia. nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominū est, quem tu contentum uideris
Flagitio? dabit in laqueum uestigia noster (uno
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum,
Aut maris Aegaei rupem, scropulosq; sequenteis,
Exulibus magnis, poena gaudebis amara
Nominis inuisi, tandemq; fatebere letus
Nec surdus, nec Tyresiam quēquam esse Deorum.

S A T Y R A X I I I I .

A R G V M E N T V M .

Ad Fuscinum, in parentes, qui liberos suos sceleratis moribus corrumpunt, quos optimis exemplis debebant formare, & prouocare ad meliora.

PLurima sunt, fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus;
Quae monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & haeres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo,
Nec de se melius cuiquam sperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terrae,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente,
Et cana monstrante gula, cum septimus annus

Trans

S A T Y R A X I I I I . 136

Transferit puero nondum omni dente renato.
 Barbatos licet admoucas mille inde magistros,
 Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
 Semper, & à magna non degenerare culina.
 Mitem animũ, & mores modicis erroribus æquos
 Præcipit, atq; animos seruatorum, et corpora, nostra
 Materia constare putat, paribusq; elementis?
 An scire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
 Plagarum strepitu, & nullam Sirena flagellis
 Comporat Antiphates trepidi laris, ac Polyphes
 Tum felix quoties aliquis tortore uocato (mus?
 Vritur ardenti duo propter lintea ferro.
 Quid suadet iuueni letus stridore catenæ,
 Quem mirè afficiunt inscripta ergastula, carcer
 Rusticus? expectas ut non sit adultera Large
 Filia, quæ nunquàm maternos dicere mœchos
 Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
 Vt non terdecies respiret? conscia matri
 Virgo fuit. cæras nunc hac dictante pusillas
 Implet & ad mœchum dat eisdem ferre cinædis.
 Sic natura iubet, uel ocius, & citius nos
 Corrumpunt uitiorum exempla domestica, magnis
 Cùm subeant animos autoribus, unus, & alter
 Forsitan hæc spernât iuuenes, quibus arte benigna
 Et meliore luto finxit præcordia Titan.
 Sed reliquos fugienda patrum uestigia ducunt,

Filij non do-
 cētur huma-
 nitatem &
 clementiam
 sed potius
 crudelitātē
 & tyrannū
 dem in ser-
 uos.

Afficiunt, id
 est delectāt,
 hoc quidem
 in loco, est
 aut uerbunt
 medium.

Natura faci-
 les sumus ad
 uitia.

Titan. Pro-
 metheus, Ia-
 pei filius.

I 4 Et monz

Titani nepos.

Ad deteriora faciles sumus nostra sponte, quæ admodum probat exemplum, quod Catilinas & seditiosos ubique facile inuenias: Brutum aut Catonem, non ita.

Cucurbita Phreneticis solet admo- ueri, occipitio inciso, cucurbitula, si neque mens

Et monstrata diu ueteris trahit orbita culpa.
 Abstineas igitur damnis huiusce: etenim uel
 Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
 Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis
 Turpibus, ac prauis omnes sumus, & Catilinam
 Quocumque in populo uideas, quocumque sub axe,
 Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus usquam,
 Nil dictu foedum, uisuque hæc limina tangat.
 Intret qui puer est, procul hinc, procul inde puella
 Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
 Maxima debetur puero reuerentia, si quid
 Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
 Sed peccaturo obsistat tibi filius infans,
 Nam si quid dignum censoris fecerit ira,
 Quandoquidem similem tibi se non corpore tantum,
 Nec uultu dederit, morum quoque filius, & cum
 Omnia deterius tua per uestigia peccet,
 Corripies nimirum, & castigabis acerbo
 Clamore, ac post hæc tabulas mutare parabis.
 Vnde tibi frontem, libertatemque parentis,
 Cum facias peiora senex? uacuumque cerebro
 Iampridem caput hoc uentosa cucurbita querat?
 Hospite uenturo cessabit nemo tuorum:
 Verre pauimentum, nitidas ostende columnas,
 Arida cum tota descendat aranea tela,
 Hic lauet argentum, uasa aspera tergeat alter,

Vox

Vox domini fremit instantis, uirgamq; tenentis.
 Ergo miser trepidas, ne stercore foeda canimo
 Atria displiceant oculis uenientis amici,
 Ne perfusa luto sit porticus, & tamen uno
 Semodio scobis hæc emendat seruulus unus.
 Illud non agitas, ut sanctam filius omni
 Aspiciat sine labe domum, uitioq; carentem?
 Gratum est, quod patriæ ciuem, populoq; dedisti,
 Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
 Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
 Plurimum enim intererit quibus artibus, & quibus
 Moribus instituas. serpenti ciconia pullos (huc tu
 Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
 Illi eadem sumptis quæerunt animalia pennis.
 Vultur iumento, & canibus, crucibusq; relictis
 Ad foetus properat, partemq; cadaueris affert.
 Hic est ergo cibus magni quoq; uulturis, & se
 Pascentis propria cum iam facit arbore nidos.
 Sed leporè, aut capream famulæ Iouis, & generosæ
 In saltu uenantur aues, tunc præda cubili
 Ponitur, inde autem, cum se matura leuabit
 Progenies stimulante fame, festinat ad illam
 Quam primum rupto prædam gestauerit ouo.
 Aedificator erat Centronius, & modo curuo
 Littore Caietæ, summa nunc Tyburis arce,
 Nunc Prænestinis in montibus, alta parabat

constet, neq;
 somnus acce
 dat: autor
 Cornelius
 Gellus.

Pulchrū est
 gignere pue
 ros, si ita e
 ducantur, ut
 reip. sint uti
 les.
 Vt ciconia
 rum pulli à
 teneris assue
 facti, colu
 bris uescun
 tur: sic liberi
 tales euadūt
 quales à pa
 rentibus in
 stituuntur.

Cur. li. sunt
 q putent Iu
 uenalem al
 lusisse ad no
 men Caietæ:

I S Culmina

nam curua,
Caietas La-
cones appel-
lant: autor
Strabo.

In superstiti-
onem Iudeo-
rum, occasio-
ne sumpta à
patribus su-
perstitiosis,
q̄ filios suo
exemplo in
Iudaismum
inducunt.

Fallit enim
iuxta illud,
Decipimur
specie recti.

Pontic. qui
apud Col-

Culmina uillarum, Græcis, longeq; petitis
Marmoribus, uincens Fortunæ, atq; Herculis ædē,
Ut spado uincebat capitolia nostra Posides.
Dum sic ergò habitat Centronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parua tamen mensura relictæ
Partis erat, totam hanc turbauit filius amens,
Dum meliore nouas atollit marmore uillas,
Quidam sorti, i metuentem sabbata patrem
Nil præter nubes, & cœli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt:
Rhomans autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuant ius,
Tradidit arcano quodcunq; uolumine Moses
Non monstrare uias, eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere Verpos:
Sed pater in caussa, cui septima quæq; fuit lux
Ignaua, & partem uitæ non attigit ullam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuiti quoq; auaritiã exercere iubentur.
Fallit enim uitium specie uirtutis, & umbra,
Cum sit triste habitu, uultuq; & ueste seuerum.
Nec dubiè tanquàm frugi laudatur auarus,
Tanquàm parcus homo, & rerum tutela suarum
Certa magis, quàm si fortunas seruet easdem
Hesperidū serpēs, aut Ponticus. adde quòd hūc, de

Quo

S A T Y R A X I I I I . 140

Quo loquor, egregiū populus putat, atq; uerendū
 Artificem, quippe his crescunt patrimonia fabris,
 Sed crescunt quocunq; modo, maioraq; fiunt
 Incude assidua, semperq; ardente camino.
 Et pater ergo animi felicitis credit auaros
 Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
 Pauperis esse putant, iuuenes hortantur, ut illam
 Ire uiam pergant, & eidem incumbere sectæ.
 Sunt quædam uitiorum elementa, his protinus illos
 Imbuit, & cogit minimas ediscere sordes.
 Mox acquirendi docet insatiabile uotum,
 Seruorum uentres modio castigat iniquo
 Ipse quoq; esuriens: neq; enim omnia sustinet un-
 Mucida cœrulei panis consumere frustra, (quàm
 Hesternum solitus modio seruare minuta
 Septembri, necnon differre in tempora cœnæ
 Alterius concham æstiu cum parte lacerti
 Signatam, uel dimidio, patriq; siluro,
 Filiaq; sectiui numerata includere porri,
 Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit.
 Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas?
 Cùm furor haud dubius, cùm sit manifesta phrene-
 Ut locuples moriaris egenti uiuere fato? (sis
 Interea pleno cùm turget sacculus ore,
 Crescit amor nūmi, quantum ipsa pecunia crescit
 Et minus hanc optat, qui non habet, ergo paratur

chos serua-
 bat aureum
 uellus, à
 Phryxo sus-
 pensum.

Secta, à se-
 quendo, quæ
 proprie est
 philosopho-
 rum: autor
 Seneca.

Minuta, cō
 dimēti gen?
 quod ex re-
 bus minu-
 tim cōcisis
 conficiebat.

De ponte.
 Mendicus:
 nā in ponti-
 bus mendi-
 cant stipē.

Alterd

Seges à serē
do, est fruct⁹
& terra que
seritur.

Tunic. Ver-
ba auari,
qui iuxta
illud Hora-
tj, Populus
me exhibi-
lat, ait: at
mihi plaudo
ipse domi.

† Ex prisco-
rum fruga-
litate, offen-
dit tēporis
sui f. stum
& auaritiā:
nam cū a ta-
te & bello
iam cōfecti.

Altera uilla tibi, cū rus non sufficit unum,

Et proferre libet fines, maiorq; uidetur,

Et melior uicina seges, mercaris & hanc, &

Arbusta, & densa montem qui canet oliua.

Quorum si pretio dominus uincitur ullo,

Nocte boues macri. lassoq; famelica collo

Armenta ad uirides huius mittuntur aristas,

Nec prius inde domum, quàm tota noualia seuos

In uentres abeant, ut credas falcibus actum.

Dicere uix possis, quàm multi talia plorent

Et quot uenales iniuria fecerit agros.

Sed qui sermones? quæ foeda buccina fama?

Quid nocet hoc? inquit, tunicā mihi malo Lupini,

Quàm si me toto laudet uicinia pago,

Exigui ruris paucissima farrā secantem.

Scilicet & morbis, & debilitate carebis,

Et luctum, & curam effugies, & tempora uitæ

Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,

Si tantum culti solus possederis agri,

Quantum sub Tatio populus Rhomanus arabat

† Mox etiam fractis ætate. ac Punica passis

Prælia, uel Pyrrhum immanē, gladiosq; Molossos,

Tandem pro multis uix iugera bina dabantur

Vulneribus, merces ea sanguinis, atq; laboris

Nullis uisa unquam meritis minor, aut ingrata

Curta fides patriæ: saturabat glebula talis

Patrem

S A T Y R A X I I I I . 142

Patrem ipsum, turbamq; casa, qua foeta iacebat
 Vxor, & infantes ludebant quatuor: unus
 Vernula, tres domini, sed magnis fratribus horum
 A scrobe, uel sulco redeuntibus altera coena
 Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
 Nunc modus hic agri nostro non sufficit horto.
 Inde ferè scelerum caussa, nec plura uenena
 Miscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum
 Humanæ mentis uitium, quàm seua cupido
 Indomiti census: nam diues qui fieri uult,
 Et citò uult fieri. sed quæ reuerentia legum?
 Quis metus, aut pudor est unquam properantis a
 Viuite contenti casulis, & collibus istis (uari?
 O' pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim,
 Vestimusq; senex, panem quæramus aratro,
 Qui satis est mensis, laudant hoc numina ruris,
 Quorum ope, & auxilio gratæ post munus aristæ
 Contingunt homines ueteris fastidia quercus.
 Nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto
 Per glaciem perone tegi, qui summouet Euros
 Pellibus inuersis. peregrina, ignotaq; nobis
 Ad scelus, atq; nefas, quodcumq; est, purpura ducit.
 Hæc illi ueteres præcepta minoribus at nunc
 Post finem autumnii media de nocte supinum
 Clamosus iuuenem pater excitat. accipe ceras,
 Scribe puer, uigila, caussas age, perlege rubras

essent, bene
 secū agi pu-
 tabāt, si uno
 aut altero iu-
 gero agri do-
 narentur.

Non facile
 potest quis
 piā iuste &
 cito ditescere.

Cuiusmodi
 precepris uē-
 teres liberos
 suos exhor-
 tati sint.

Ambitio,
 caussa omniū
 um scelerū.

Maiorum

Vitem. Cen-
turionis mu-
nus, qui ui-
tem gestat.

Sol. si non
sis animosus
in bello.

Sent. Poëtae
Enni, cuius
est uersus il-
le, Vnde ha-
beas, &c.

Quid opus
est, iuuentu-
tem instiges
cum per se
ad uitia sit
procliuis, &
re in ea re fa-
cile supera-
bit?

Maiorum leges, aut uitem posce libello.
Sed caput intactum buxo, naresq; pilosas
Annotet, & grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum Attegiæ, castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat. aut longos castrorum ferre labores
Si piget, & trepido soluant tibi cornua uentrem
Cum lituis audita, parcs, quod uendere possis
Pluris dimidio, nec te fastidia mercis
Vllius subeant ablegandæ Tyberim ultra,
Nec credat ponendum aliquid discriminis inter
Vnguenta, & corium. lucri bonus est dolor ex re
Qualibet, illa tuo sententia semper in ore
Versetur, dijs, atq; ipso Ioue digna poëtae:
Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant uetulae pueris poscentibus assen.
Hoc discunt omnes ante alpha, & beta puella.
Talibus instantem monitis quemcunq; parentem
Sic possum assari: dic ô uanissime, quis te
Festinare iubet? meliorem præsto magistro
Discipulum. securus abi, uincêris ut Ajax
Præterijt Telamonem, ut Pelæus uicit Achilles.
Parcendum est teneris, nondû impleuere medullas
Natiuæ mala nequitia, cum pectere barbam
Coeperit, & longi mucronem admittere cultri
Falsus erit testis, uendet periuria summa

Exigua,

Exigua, Cereris tangens aramq; pedemq;
 Elatam iam crede nurum. si limina uestra
 Mortifera cum dote subit. quibus illa premetur
 Per somnum digitis? nam quæ terraq; mariq;
 Acquirenda putes, breuior uia conferet illi:
 Nullus enim magni sceleris labor. hæc ego nunq;
 Mandauit dices olim, nec talia suasi, (quàm
 Mentis caussa malæ tamen est, & origo penes te,
 Nam quisquis magni census præcepit amorem,
 Et leuo monitu pueros producit auaros,
 Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
 Dat libertatem, & totas effudit habenas
 Curriculo, quem si reuoces subsistere nescit,
 Et te contemptor rapitur, metisq; relictis:
 Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
 Permittas, adeo indulgent sibi latius ipsi.
 Cum dicis iuueni stultum, qui donet amico,
 Qui paupertatem leuet, attollatq; propinqui,
 Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
 Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te est,
 Quantum erat patriæ Deciore in pectore, quantum
 Dilexit Thebas, si Græcia uera, Meneceus,
 In quarum sulcis legiones dentibus anguis
 Cum clypeis nascuntur, & horrida bella capeßunt
 Continuo, tanquam & tubicen surrexerit una.
 Ergo ignem, cuius scintillas ipse dedisti,

Quib. dig.
 qua si dicat,
 aconito in-
 fectis formi-
 nis, uel tactu
 præsentissi-
 mo ueneno:
 autor Plin.

Et qui. Qui
 dam putant
 huc uersum
 esse norhū

Cum pater
 stultum esse
 ait, benefi-
 cium amico
 præstare, in
 causa est, ut
 filius fordi-
 dus sit.
 Meneceus
 Thebanus,
 qui ex ora-
 culi monitu,
 pro salute
 patriæ, spon-
 tate trans-
 fixit,

Flagrans

& in medias
hostium aci
es coniecit,
ut scribit Pa
pinus libro
10. Th.

Cast. apud
mensarios q
in foro erāt,
ubi erāt edes
Castoris &
Pollucis.

Cory. pirati
ca, quales
sunt Cilices.

Flagrantem latè, & rapientem cuncta uidebis,
Nec tibi parcetur misero, trepidumq; magistrum
In cauea magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota mathematicis genesis tua, set graue tardas
Expectare colos: morieris stamine nondum
Abrupto, iam nunc obstas, & uota moraris,
Iam torquet iuuenem longa & ceruina senectus.
Ocyus Archigenem quære, atq; eme, quod Mithris
Composuit, si uis aliam decerpere ficum, (dates
Atq; alias tractare rosas, medicamẽ habendum est,
Sorbere ante cibũ quod debeat aut pater, aut rex.
Monstro uoluptatem egregiam, cui nulla theatra
Nulla æquare queas prætoris pulpita lauti,
Si spectas quanto capitis discrimine constant
Incrementa domus, ærata multus in arca
Fiscus, & ad uigilem ponendi Castora nummi,
Ex quo Mars ultor galeam quoq; perdidit, & res
Non potuit seruare suas. ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulea relinquant,
Tantò maiores humana negocia ludi.
An magis oblectant animum iactata petauro
Corpora? quiq; solent rectum descendere funem?
Quàm tu, Corycia semper qui puppe moraris,
Atq; habitas Coro semper tollendus, & Austro
Perditus à Siculis sacci mercator olentis?
Qui gaudes pingue antiquæ de littore Crete

Passum

Passum, & municipes Iouis aduexisse lagoenas?
 Hic tamen ancipiti figens uestigia planta
 Victum illa mercede parat, brumamq; famemq;
 Illa reste cauet. tu propter mille talenta,
 Et centum uillas temerarius, aspice portus,
 Et plenum magnis trabibus mare. plus hominum est
 In pelago, ueniet classis quocumq; uocarit (iam
 Spes lucri, nec Carpathium, Getulaq; tantum
 Aequora transfiliet, sed longè Calpe relicta,
 Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.
 Grande operæ pretium est, ut tenso folle reuerti
 Inde domum possis: tumidaq; superbus aluta
 Oceani monstra, & iuuenes uidisse marinos.
 Non unus menteis agitatur furor, ille sororis
 In manibus uultu Eumenidum terretur, & igni,
 Hic boue percusso mugire Agamemnona credit,
 Aut Ithacum, parcat tunicis licet, atq; lacertis,
 Curatoris eget, qui nauem mercibus implet
 Ad summum latus, & tabula distinguitur unda,
 Cùm sit caussa mali tanti, & discriminis huius
 Concisum argentum in titulos, faciesq; minutas.
 Occurrunt nubes, & fulgura, soluite funem,
 Frumenti dominus clamat, piperisq; coemptor,
 Nil color hic cæli, nil fascia nigra mimatur,
 Aestiuum tonat infelix, ac forsitan ipsa
 Nocte cadet fractis trabibus, fluctuq; premetur

Passum, uini
 genus, quod
 ex Crera po-
 tissimū mita-
 rebatur: fit
 autem ex u-
 uis ad solem
 passis & are-
 factis, unde
 nomen ha-
 bet.

Cum multa
 sint insanæ
 genera, sua
 quadam in-
 sania labor-
 rata uarus.

Concisum,
 περιφρασις
 pecuniæ, quæ
 uariis titulis
 & imaginibus
 signatur.

K Obrutus.

Zonā. Cru-
menulam, in
qua aurum
recondebāt,
& ea se præ-
cingebant.

† Alexāder
uidit Dioge-
nem se felici-
orem, qui ni-
hil cuperet,
cum ipse u-
no mundo
non esset cō-
tentus.

Obrutus, & Zonam læua, morsuq; tenebit.
Sed cuius uotis modo non suffecerat aurum
Quod tagus, & rutila uoluit Pactolus arena,
Frigida sufficient uelantes inguina panni,
Exiguusq; cibus, mersa rate naufragus assens
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura maiore, metuq;
Seruantur, misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues hamis uigilare cohortem
Seruorum noctu Licinus iubet, attonitus pro
Electro, signisq; suis, Phrygiaq; columna,
Atq; ebore, & lata testudine. dolia nudi.
Non ardent Cynici, si fregeris altera fiet
Cras domus, atq; eadem plumbo commissa manebit.
Sensit † Alexander, testa cum uidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebus.
Nullum numen abest, si sit prudentia, sed te
Nos facimus Fortuna deam. mensura tamen quæ
Sufficiat census, si quis me consulat, ædam,
In quantum sitis, atq; fames, & frigora poscunt,
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt ante penates,
Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.
Acribus exemplis uideor te claudere. misce

Ergo

S A T Y R A X V. 148

Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam
 Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.
 Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum,
 Sume duos equites, fac tertia quadringenta
 Si nondum impleui gremium, si panditur ultra:
 Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica regna
 Sufficiunt animo, nec diuitiæ Narcisci,
 Indulsiit Cæsar cui Claudius omnia, cuius
 Paruit imperijs uxorem occidere iussus.

Othon. qui
 rulerat legē,
 ne quis sede
 ret in 14.
 gradibus.

S A T Y R A X V.

A R G V M E N T V M.

Ad Volusium Bithynicum, de immanitate & super-
 stitione Aegyptiorum, qui præpostera religione
 feras colant, homines iugulent, ferinis carnibus absti-
 neant, humanis uescantur.

Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
 Aegyptus portenta colat? Crocodilon ados
 Pars hæc, illa pauet satyrã serpentibus ibim (rat
 Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci.
 Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
 Atque uetus Thebe centum iacet obruta portis.
 Illic ceruleos, hic piscem fluminis, illic
 Oppida tota canem uenerantur, nemo Dianam:
 Porrum & coepe nefas uiolare, ac frangere morsu
 O' sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
 Numina. lanatis animalibus abstinet omnis

K 2 Mensa

Ea quę Vlyf
ses narrabat
Alcinoo, et si
fabulosa e-
rant, tamen
minus erant
atrocia quā
quod narra-
bo.

Coptus, cō-
mune Arabū
& Aegyptio-
rum empor-
rium,

Odiū inter
Aegyptios
ob religio-
nem. Nam q
Combi ha-

Mensa nefas illic foetum iugulare capellæ,
Carnibus humanis uesci licet: attonito cūm
Tale super coenam facinus narraret Vlysses
Alcinoo, bilem, aut risum fortasse quibusdam
Moueat, ut mendax Aretalogus. in mare nemo
Hunc abiicit, sœua dignum, ueraq; charybdi,
Fingentem immanes Læstrygonas, & Cyclopas?
Nam citius Scyllam, uel concurrentia saxa
Cyanes, plenos & tempestatibus utres
Crediderim, aut tenui percussum uerbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis,
Tam uacui capitis populum Phæaca putauit,
Sic aliquis meritò nondum ebrius, et minimum qui
De Corcyraea temētum duxerat urna.
Solut enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.
Nos miranda quidem, sed nuper Consule Vinco
Gesta super calidæ referemus mœnia Copti,
Nos uulgi scelus, & cunctis grauiora cothurnis,
Nā scelus à Pyrrha, quanquā oīa syrmata uoluas,
Nullus apud tragicos populus facit, accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit æuo.
Inter finitimos uetus, atq; antiqua similtas,
Immortale odium, & nunquā sanabile uulnus.
Ardet adhuc Combos, & Tentyra, summus utrinq;
Inde furor uulgò, quòd numina uicinorum
Odit uterq; locus, quum solos credat habendos

Esse

Esse deos, quos ipse colit, sed tempore festo
 Alterius populi rapienda occasio cunctis
 Visa inimicorum primoribus, ac ducibus, ne
 Lætum, hilaremq; diem, ne magnæ gaudia coenæ
 Sentirent positis ad templa, & compita mensis,
 Peruigiliq; thoro, quem nocte ac luce iacentem
 Septimus intereà Sol inuenit, horrida sanè
 Aegyptus. sed luxuria quantum ipse notauit,
 Barbara famoso non cedit † turba Canopo.
 Adde quod & facilis uictoria de madidis, &
 Blesis, atq; mero titubantibus, inde uirorum
 Saltatus nigro tibicine, qualiacunq;
 Unguenta, & flores, multa eq; in fronte coronæ,
 Hinc ieiunum odium. sed iurgia prima sonare
 Incipiunt animis ardentibus, hæc tuba rixæ,
 Dehinc clamore pari concurritur, & uice teli
 Seuit nuda manus, pauca sine uulnere mala
 Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
 Integer, aspiceres iam cuncta per agmina uultus
 Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
 Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
 Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
 Exercere acies, quòd nulla cadauera calcant,
 Et sanè quod tot rixantis millia turbæ
 Sic uiuunt omnes: ergò acrior impetus, & iam
 Saxa inclinatis per humum quæ sita lacertis

K § Incipio

bitant, Cro-
 codilum co-
 lunt: qui ue-
 ro Tentyrā,
 accipitrem.

† aliàs ris-
 pa:

Canop. ubi
 templum e-
 rat Serapi-
 dis, ad cuius
 sacra mag-
 na uis homi-
 nū conflue-
 re solebat,
 non sine ne-
 quitia.

Contentio-
 nem illā io-
 cū arbitran-
 tur, nisi ali-
 quot pereāt.

Turnus Aenei. 12. Ajax in Hectorem Iliad. 7. & Diomedes in 5: saxum mirae magnitudinis in Aeneam misit.

Palm. quae & in Aegypto ubi Tentyra est plurima prouenit.

Exaggeratio sceleris.

Incipiunt torquere, domestica seditione

Tela, nec hunc lapidem, quali se Turnus, & Ajax,

Et quo Tytides percussit pondere coxam

Aeneae, sed quem ualeant emittere dextrae

Illis dissimiles, & nostro tempore natae.

Nam genus hoc uiuo iam decreescebat Homero.

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Ergo Deus quicumque aspexit, ridet, & odit,

A diuerticulo repetatur fabula, postquam

Subsidij aucti, pars altera promere ferrum

Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis,

Terga fugae celeri praestantibus omnibus instant,

Qui uicina colunt umbrosae Tentyra palmae.

Labitur hic quidam, nimia formidine cursum

Praecipitans, capiturque, ast illum in plurima sectum

Frusta ac particulas, ut multis mortuus unus

Sufficeret, totum corrosis ossibus edit

Victrix turba, nec ardenti decoxit ahenis,

Aut ueribus: longum usque adeo, tardumque putauit

Expectare focos, contenta cadauere crudo.

Hinc gaudere libet, quod non uiolauerit ignem

Quem summa coeli raptum de parte Prometheus

Donauit terris: elemento gratulor, & te

Exultare reor: sed qui mordere cadauer

Sustinuit, nihil unquam hac carne libentius cedit.

Nam scelere in tanto ne quaeras, & dubites, an

Prima

Prima uoluptatem gula senserit: ultimus autem
 Qui stetit absumpto iam toto corpore ductis
 Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.
 Vascones, fama est, alimentis talibus usi
 Produxere animas: sed res diuersa, sed illic
 Fortunæ inuidia est, bellorumq; ultima, casus
 Extremi, longè dira obsidionis egestas.
 Huius enim, quod nunc agitur miserabile debet
 Exemplum esse cibi, sicut modo dicta mihi gens
 Post omneis herbas, post cuncta animalia, quicquid
 Cogebat uacui uentris furor, hostibus ipsis
 Pallorem, ac maciem, & tenuis miseratibus artus,
 Membra aliena fame lacerabant, esse parati
 Et sua. quisnam hominum ueniam dare, quis ue deo
 Viribus abnuerit dira, atq; immania passis,
 Et quibus ipsorum poterant ignoscere manes,
 Quorum corporibus uescebantur? melius nos
 Zenonis præcepta monent: nec enim omnia, quædã
 Pro uita facienda putat: sed Cantaber undè
 Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?
 Nunc totus Graias, nostrasq; habet oris Athenas,
 Gallia caussidicos docuit facunda Britannos,
 De conducendo loquitur in rhetore Thule.
 Nobilis ille tamen populus, quem diximus, & par
 Virtute atq; fide: sed maior clade Sagunthus
 Tale quid excusat, Maotide sæuior ara

Vas. à Serto-
 rio obsessi,
 ne fidem po-
 Rho. uiola-
 rent, cadaue-
 ribus uesce-
 bantur, dū
 fame urge-
 retur, ut scri-
 bunt Plutar-
 chus & Ar-
 pianus.

Zeno. q pro
 uita tuenda
 ab honesto
 recedendum
 non putat.

Thule, insu-
 la ultima ad
 septentrio-
 nem.

Maot. Tau-

K 4 Aegyptus

rica regio in
Chersoneso
ad ostia Me-
otidis est, fi-
ta est, ubi
Dianæ im-
molabantur
hospites.

Saur. Græci
sunt ii, qui
Latine Sar-
matæ uocan-
tur.

Natura ad
humanitatē
nascimur.
† aliās, inti-
ma, ut la-
chrymis pe-
nitissimos
affectus ex-
primi intel-
ligas.

Minor igne
iunior, quā
qui cremari

Acgyptus, quippe illa nefandi Taurica sacri
Inuentrix, homines (ut iam quæ carmina tradunt
Digna fide credas) tantum immolat, ulterius, nil
Aut grauius cultro timet hostia: quis modò casus
Impulit hos? quæ tanta fames. infestaq; uallo
Arma coëgerunt, tam detestabile monstrum
Audêre? an'ne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?
Qua nec terribiles Cymbri, nec Britones unquam,
Saurometæq; truces, aut immanes Agathyrsi,
Hac sæuit rabie imbelle, & inutile uulgus
Paruula fictilibus solitum dare bella phaselis,
Et breuibus pictæ remis incumbere testæ.
Nec pœnam sceleri inuenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt,
Et similes ira, atq; fames, mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quæ lachrymas dedit, hæc nostri pars † optima
Plorare ergò iubet caussam lugētis amici, (sensus,
Squaloremq; rei, pupillum ad iura uocantem
Circumscriptorem. cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, uel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi: quis enim bonus, aut face dig-
Arcana qualem Cereris uult esse sacerdos, (nus

Vlls

Vlla aliena sibi credat mala? separat hæc nos
 A grege mutorum, atq; ideo uenerabile soli
 Sortiti ingenium, diuinorumq; capaces,
 Atq; exercendis, capiendisq; artibus apti
 Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
 Cuius egent prona, & terram spectantia, mundi
 Principiò indulgît communis conditor illis
 Tantùm animas, nobis animũ quoq; mutuus ut nos
 Affectus petere auxilium, & præstare iuberet,
 Dispersos trahere in populum, & migrare uetusto
 De nemore, & proauis habitatas linquere syluas,
 Aedificare domos, laribus coniungere nostris
 Tectum aliud, tutos uicino limine somnos
 Vt collata daret fiducia, protegere armis
 Lapsam, aut ingenti nutantem uulnere ciuem,
 Communi dare signa tuba, defendier iisdem
 Turribus, atq; una portarum clauæ teneri.
Sed iam serpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. quando leoni
Fortior eripuit uitam leo? quo nemore unquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: seuis inter se conuenit ursis.
 Ast homini ferrum letale incude nefanda
 Produxisse parũ est, cum ^{vestr}rastra, & ^{farkon}sarcula tantum
 Assueti coquere, & ^{krant}marris & uomere lassæ

meruerit.
 Nam scribit
 Plin. lib. 7.
 priscis fuisse
 morem, ho-
 minem pri,
 quam ædito
 dente, non
 cremari.

Peius conue-
 nit homini-
 bus inter se,
 quam inter
 beluas fero-
 cissimas.

K S Nescis

Tanta est
hoim inter
se atrocitas,
ut nō cōten
ti sint mutua
cæde, nisi e
riam se mu
tuo deuo
rent,

Nescierint primi gladios excudere fabri.
Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi, qui diceret ergò,
Vel quò non fugeret, si nunc hæc monstra uideret
Pythagoras: cūctis animalibus abstinuit qui (mens
Tanquàm homine, & uentri indulsit nō omne legu

S A T Y R A X V I .

A R G V M E N T V M .

Offendit quanta commoda & priuilegia, leges & imperatores ijs qui militiam sequuntur, indulserint.

Qvis numerare queat felicitis præmia Galle
Militiæ: nam si subeantur prospera castra,
Me pavidum excipiet tyronem porta secundo
Sydere: plus etenim fati ualet hora benigni,
Quàm si nos Veneris commendet epistola Marti
Et Samia genetrix quæ delectatur arena.
Commoda tractemus primùm communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat: imò & si pulsetur, dissimilet, nec
Audeat excussos prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam,
Atq; oculos medico nil promittente relictos.

Bar. Centur Bardiacus iudex datur hæc punire uolenti

Calceus,

Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ,
 Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
 Seruato, miles nec uallum litiget extra
 Et procul à signis. iustissima Centurionum
 Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
 Ultio, si iustæ defertur causa querelæ.
 Tota cohors tamen est inimica, omnesq; manipuli
 Consensu magno officium, curabitis, ut sit
 Vindicta grauior, quam iniuria? dignum erit ergo
 Declamatoris Mutinensis corde Vagelli,
 Cum duo crura habeas offendere tot caligatos,
 Millia clauorum, quis tam procul absit ab urbe?
 Præterea, quis tam Pylades molem aggeris ultra
 Ut ueniat? lachrymæ siccentur protinus, & se
 Excusaturos non sollicitemus amicos.
 Da testem, iudex quem dixerit, audeat ille
 Nescio quis, pugnos uidit qui dicere uidi,
 Et credam dignum barba, dignumq; capillis
 Maiorum, citius falsum producere testem
 Contra † paganum possis, quam uera loquentem,
 Contra fortunam armati, contraq; pudorem.
 Præmia nunc alia atq; alia emolumenta notemus
 Sacramentorum, conuallem ruris auiti
 Improbis, aut campum mihi si uicinus ademit,
 Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
 Quod mea cum uetulo coluit p'us annua libo,
 Debitor

rio & miles
 datur militi
 iudex, ex in
 stituto Ca
 milli, ne
 miles extra
 castra in ius
 uocaretur.

Vage. causi
 dici audacis-
 simi, qui uel
 causas peri-
 culosas susci-
 piebat.

† Paga. eum
 qui miles nō
 est: nā apud
 iurisconsul-
 tos opponū-
 tur paganus
 & miles

An. tot. uix
tandem, nisi
post longū
interuallum
conueniunt
iudices, neq;
semper ius
dicunt.

Ex filijs fa-
milias tantū
militi, uiuo
patre testa-
ri concedi-
tur: & quod
parauit pe-
culium, in e-
ius arbitrio
esse, ut est a-
pud iuriscō-
sultos.

Debitor aut sumptos pergat non reddere nummos
Vana superuacui dicens chirographa ligni,
Expectandus erit, qui lites inchoet, annus
Totius populi: sed tunc quoq; mille ferenda
Tædia, mille moræ, toties subsellia tantum
Sternuntur, iam facundo ponente lacernas
Cæditio, & Fusco iam miæturiente, parati
Digredimur, lentaq; fori pugnamus arena.
Ast illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,
Quod placidum est, illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis,
Solis prætereà testandi militibus ius
Viuo patre datur: nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater. ergo Coranum
Signorum comitem, castrorumq; æra merentem
Quàmuis iam tremulus captat pater, hūc labor æ
Prouehit, et pulchro reddit sua dona labori. (quus
Ipsius certè ducis hoc referre uidetur,
Ut qui fortis erit, si felicissimus idem,
Ut læti phaleris omnes, & torquibus omnes.

FINIS ▶

AD BONAE MENTIS

ADOLESCENTEM CARMEN

*παραινέσις, id est, adhortatorium
ad studium eloquentiæ. Eloquens
tia loquitur:*



*Ace mihi uestra pueri, studiosaq;
pubes*

*Nunc uobis liceat, paucula uerba
loqui,*

Quæ me iam inuitam uestri anxia cura, meusq;

Intimus erga omneis dicere cogit amor.

Deploranda mihi sæpe est, tum uestra iuuentus,

Tum studij ratio perdita, mensq; leuis,

Quum uos ludicris operas impendere rebus

Non piget, et frugem deseruisse suam,

Non aliæ uobis maiores esse uidentur

Deliciæ, somno, segnitieq; pigra

Sunt, quibus et bona sors, simul et natura benigne

Arrisit, plures adnumerauit opeis?

Sunt quibus ingenij præstantia munera cessit,

Et pulchræ uires indolis ipsa dedit

Multa animi, multos splendescere dote uidemus,

Sed torpor nitidos non sinit esse grauis.


Eia agite ô iuuenes, quàm magna obliuio uestri

Vos

A D H O R T A T I O

Vos cœpit, longas rumpite quæso moras.
Futile iudicium sane est hanc uendere paruo
Aetatem, qua nil carius esse potest,
Ingenuas potius totis conatibus arteis
Discite, quæ uobis commoda mille ferent,
Quæ magnum nomen, summum decus, atq; perennæ
Virtutis specimen, conciliare solent.
Quarū ego præsidem ago, libeat modo uera fateri,
Et parteis primas, uendico prima mihi,
Per me diuinæ ac humanæ pagina legis
In uestros usus scripta simulq; data est.
Per me auxit sacram medices Epidaurius artem,
Et nunc suaui loquos exigit illa uiros.
Per me & aristotelis creuit sapientia, nuncq;
Mutus erit sine me qui uelit esse sophus.
Arguta absq; meo prorsus Dialectica friget
Auxilio, sine me differit ipsa nihil,
Quicquid habet laudis Latium, autoresq; Latini,
Doctior & multo Græcia quicquid habet,
Id totum acceptum mihi dant, referuntq; uicissim,
Et grates reddunt tempus in omne suas.
Nec tu ijs Sarmatiæ studijs es inepta iuuentus,
Dum modo iam nolis ipsa deesse tibi,

F I N I S.



SVM

~~Ex Libris Michaelis Vucelij~~

^{SVM}
Ex Libris Henrici Spangob


O mihi saepe longa manus
parca mihima dicitur
sicut la sediva jopul sui

Ipsi hanc vniuersis musis comitibus homeris.
Si nihil attuleris vobis homeris
feras

37 $\frac{1}{1,13}$

X 1918137





B.I.G.

Farbkarte #13

IVNII IV VENALIS SATY

RAE LVCULENTISSIMAE,
*iam iterum curiosius à mendis adfertæ:
adnotatiunculis, mirum in modum
utilibus, margini adfixis.*

*Vnà cum huiusce dictionis (Satyra) am-
plissima elucidatione: qua studiosè per
lecta, gradus fit eminentissimus
ad totius argumenti notitiam.*



COLONIAE apud Ioan. Gymnicum
ANNO M. D. XLI.

